

518.



IV, 377.



359

67

L
T
N
li
la
m

DEMOS
THENIS ORATIO
NES OLYNTHIACAE TRES, ET PHI-
lippica una, per Philippum Me-
lanchthonem & Ioachimum Ca-
merarium latinitate donatae, &
Scholijs, quæ prolixi commen-
tarij uice esse possint,
illustratae.

*Partim nunc primum, partim quàm antea &
emendatiores, & scholijs instructio-
res, in lucem editæ.*

BASILEAE.

XVII, 377.



PHILIPPVS MELAN

CHTON LVDOVICO CA-

RINO SVO S.

NON EXPIABILE FLAGITIVM
designasse uideri possim, mi Carine, quod pri-
mam Demosthenis Olynthiacam sumpsisti uer-
tendam in latinam linguam. Nam ut nemini plebeio pi-
etori Alexandrū imitari licuit, ita summum artificem
Demosthenes requirebat. Quis enim exprimat & ef-
fingat tum uim, tum uenustatem optimæ orationis, nisi
quem Demosthenem alterum finxerit natura? Nos
belle nobiscum agi putamus, cum hoc contigit, ut admi-
rari hoc genus opera possimus. Porro cum alioqui in
scholis enarrarem hanc Orationem, pro mea cōsuetudi-
ne uerti, ut sententiam meis uerbis, quanq̃ procul, au-
ditoribus ostenderem. Neq; facile dixerim, quantum
ipse mihi displiceat, quoties ad Græcam confero. Qua-
re cum uiderem futurum, ut ederent Chalcographi, cu-
rauimus adijci tum forte & à Ioachimo uersam: quæ
aliqua ex parte sarciret ea, quæ in nobis desidera-
buntur. Mittimus autē ad te, ut habeas &
utriusq; $\mu\eta\mu\beta\omicron\upsilon\nu\omicron\rho\varsigma$, & amoris no-
stri erga te pignus. Vale.

PHILIPPVS EN GEN
TINVS.

Inuisos contra quanta uisæpe tyrannos
Orator medio dixerit ille foro,
Ista docent, uelut incerti præludia belli,
Hic ubi patronum diues Olynthus habet,
Protinus agnosces inspecto hic ungue leonem,
Quem tulit Actæo Pallas amica sinu.
Quod si forte togam Demosthenis omnia talem
Induerent, posset Tullius esse minor.
Hunc cultum poterit certè præstare Philippus,
Qui gustum mira dexteritate dedit.

ARGUMENTVM.

Caput consilij est, mittēda esse auxilia Olynthi-
ijs. tria obstāt: primū, quia difficilis oppugna-
tu est Philippus. 2. quia uident̄ deesse facultates
tantis sumptibus. sunt enim hæ nerui belli. 3.
quia nō uideēt esse cōmittēdum, ut pro alijs susci-
piatur bellū. hæc maxime excusat. Loci sunt ex
circumstantijs: res Philippi, Atheniensiu, & Olyn-
thiorum. Philippus hostis est. quicquid aut̄ incō-
modatur hosti, id ipsum nobis iudicat̄ esse com-
modum. Argumenta ex locis trahit non solum
ἀποδείξει, sed etiam rogationibus, suasionibus, ex-
hortationibus, increpationib. utitur: id
quod etiā Interpres admonuit.

OLYNTHIACA PRIMA

DEMOSTHENIS, PHILIPPO

Melanchthone interprete.



NON dubium est, quin magno empturi sitis rationem, qua perspicuū fieri possit, quid in hoc negotio, de quo deliberatis, reipub. conducat. Quando igitur hæc cura tã opere uos sollicitos habet, cupide audire eos debetis, qui consiliū uobis pollicentur. Neq; enim tantum facultas fuerit, cognoscere, si quid meditati attulerimus, quod in rem uestrā sit: sed facit urbis foelicitas, ut multaliter in re præsentis dicturis in mentem ueniāt. Proinde facile fuerit deligere, atq; ex uarijs multorū sententijs excerpere, q̄ maxime prosit. Porro hoc tēpore tãtū nō res ipsa loquit̄, oportere uos hanc causam suscipere, si quā modo salutis uestræ rationē habetis. Verū in tantis rebus gerēdis non satis strenue aduigilamus. Ego quidē sic cēseo; Auxiliū de cerni debere, & cōparari copias primo

Attentio à rei magnitudine.

Beneuolentiæ captatio, quia ipsorū maxime intersit.

ἡ πόσις ἡ πόσις.

Castigatio.

Propositio consilij.

a 3 quoq;

h-
na
tes
i. 3.
ci-
ex
yn
cō-
m-
um
s, ex



Ab occasi-
onibus.

quoque tempore, ut dubijs rebus medea-
mini, ne rursus desimus ipsi nobis, quæ
admodum antea sæpe. Mittendi etiam le-
gati, qui polliceantur auxilium, & coram
Olynthios confirmet, ne Philippus (est
enim ueterator minime uulgaris, & uti fo-
ro nouit) technis suis hos à nobis alie-
net, ac circumueniat: alicubi per occasionem
cedendo, alicubi in itinere: ne uel absentiam
uestram calumnet, et fidem uestram in suspicio-
nem adducat, ut & conuellat omnia, & rei sum-
mam ad se retrahat. Quin etiam hoc specta-
dum est, quod uestris commodis id nunc maxi-
me opportunum est, quod alias in primis ob-
esse solet. Nam quod penes unum Philippum su-
ma consiliorum publicorum & arcanorum est,
quodque apud exercitum unus omnia tenet ac
moderat, & quaquam te ueteris ab uno
pedet omnia, ad bellum gerendum, & ad urgen-
das belli temporibus occasiones, magnam
hoc momentum habet. Verum hic obstat, cu-
pietiam cum Olynthijs in gratiam redire. Ae-
gre enim Olynthijs uni se committunt. sentiunt
enim se non de gloria, neque de finibus dimi-
care: sed periclitari urbis libertatem ac sa-
lutem.

lutē, & exēplis Amphipolitarū & Pyd-
 naorū commouētur, quorum neutris
 deditio foeliciter cessit, & in summa, se-
 tiunt id, qd̄ res est, infidos urbibus ty-
 rannos esse, praesertim uicinis. Hæc cū
 satis cōperta uobis sint, Ciues: cūq̄ ple-
 raq̄ alia, quæ deceāt, p̄ uos cogitare pos-
 sitis, cēseo debere uos tādē expergefie-
 ri, & accēdi, & ad bellū (si unquā aliās)
 nūc maxime gerendū, animū adijcere:
 pecūias liberaliter conferre, ciuiū dele-
 ctus agere, neq̄ usq̄ cessare. Neq̄ em̄
 reliqua est ulla ratio, quæ cessatibus pa-
 trocinet. Nūc em̄ ultro accidit, id quod
 uulgo optabatis, ut Philipo bellū Olyn-
 thi facerēt: & res ita suscepta est, quæ
 ad modū maxime uobis cōducebat, nā
 si à uobis impulsū, bellū susciperēt, parū
 firmos socios, & ad periculū usq̄ fidos
 futuros fuisse suspicarer. Verū cū ipsi p̄
 sese oderūt, priuata cōtūelia irritati, cōse-
 taneū est fore, ut exerceant cū eo firmā
 inimiciā, cū & indigniss. tractati sint,
 & certū exitiū sibi impēdere sentiāt, si il-
 le uicerit. Quare nō patiamur talē oc-
 casionem

τυώμη

Occasio à
 uoluntate
 Olynthio-
 rum.

Ab exem-
plis, ijsq; re-
centibus, re-
rū ante ma-
le gestarū.

Acerba sa-
tis increpa-
tio, καὶ παρ-
ρησία.

casione diuinitus oblatā, elabi; nec cō-
mittamus, ut fraudi nobis sit contatio,
quēadmodū sæpe antea. Si em̄ cū Am-
phipolitarū legati, Hierax & Strato-
cles ex hoc loco uos adhortabānt, ut mis-
sa classe eorū ciuitatē tueremini, perin-
de salutis nostræ rationē habuissēmus,
atq; Euboēsium habuimus, quos pau-
lo ante auxilio iuueramus, & Amphi-
polin tū retinuissetis, & eadē opa acer-
bissimā calamitatē, quæ postea secuta
est, præuortissetis. Itē cū Pydna, Poti-
dæa, Methone, Pagasæ, & pleræq; aliæ
urbes (lōgū est em̄ singulas recēfere) ob-
sidione premerent; si tū opē tulissēmus
alicuij ex ijs, quas principio Philippus
oppugnauit, uteremur eo placidiore
aliquanto, & minus ferociente. At cum
subinde presentem opportunitatem rei
bene gerendæ amittimus, & futura pu-
ramus dormientibus nobis sua sponte
bene casura esse, Philippi opes auxi-
mus, effecimusq; tantum, quantus ne-
mo Macedoniae rex unq; fuit. Nunc
uero nouā occasionē sua spōte offerūt
Olynthij,

Oly
pe
pec
rec
urb
nū
dij
nih
nob
acc
iac
ptis
mu
inte
me
ria
agū
At
dē
cum
mu
utu
qui
ple
Pro

Olynthij, nihilo superioribus deteriorē,
 per quā corrigere liceat, quicquid antea *Epilogus oc-*
 peccatū est. Et mihi quidē uidetur, si q̄s *casionū, am-*
 recte ratiocinet̄, ac reputet ea, quæ huic *plificatus*
 urbi diuinitus acciderūt, tametsi pristi- *fortune &*
 nū statū nō teneat, tamen hunc merito *prudentiæ*
 dijs gratiā esse habiturū. Nā quod nō *collatione.*
 nihil detrimētī cepit Respub. ignauiae
 nostræ iure adscripsimus. At id serius
 accidit, quodq̄ auxilia offerūtur, quibus
 iacturā illā uiriū nostrarū, quā tot acce-
 ptis hactenus cladibus fecimus, sarcia-
 mus, modo uti libeat, diuinū beneficiū
 interpretor. Verū haud scio, an aptissi *Simile.*
 me huc quadret, id quod in re pecunia-
 ria euenit. Nā ita demū fortunæ gratias
 agūt, ubi partā pecuniā seruare cōtigit.
 At si incautis forte perijt, ne sentiūt q̄-
 dē de se bene meritā esse fortunā, cū pe-
 cuniā donauit. Idē solemus in rebus *Accommo-*
 multo grauiissimis. Nā qui occasiōe nō *datio.*
 utunt̄, nō agnoscūt beneficiū Deorum,
 qui occasiōē obtulere. Ab exitu em̄ *γνώμην, &*
 plerūq̄ & causę eneutum aestimant̄. *epiphone-*
 Pro inde quæ restant, diligēter uobis, *ma.*
 accurateq̄

*A futuris
malis.*

accurateq; agenda sunt, ut restituamus
urbis pristinū statū, & publicā infamiā
purgemus. Sin autē & hos prodideri-
mus, occuparitq; Olynthū Philip, dicat
aliquis mihi, quis arcebit hūc porro, q̄
minus irrūpat, quò libitū fuerit? Expen-
dite quæso apud uos, quō cū primum,
modicæ Philippi opes esēt, sensim cre-
uerint. primum Amphipolin cepit, ali-
quāto post Pydnā, deinde Potidæā, itē
Methonē: postea et Thessaliæ bellū itu-
lit, cepit Pheras, Pagasas, et Magnesiā.
atq; his oībus ex sententia confectis, in
Thraciā prexit: ubi regna alijs ademit,
alijs tradidit. Ibi uero accepto malo, cū
rursum cōualuisset, nō recepit se ī ociū,
sed cōtinuo Olynthios inuasit. Omitto
expeditiones in Illyrios, Pæonas, ad-
uersus Arymban, & quæcunq; tandē
reliqua sunt. Quorsum hæc: dicat ali-
quis. ut cognoscatis, Ciues, utrunq; &
perniciosa subinde fuisse cessationē
nostram, & quanta sedulitate gerat om-
nia Philippus: qui cum hætenus haud
ferè præsentē fortuna contentus fuerit,
nuncq;

nuncq̄ acquiescere poterit. Quod si
 subinde hic maius aliquod animo faci-
 nus concipit, uosq̄ nusq̄ occurritis,
 cogitate quæso, quis exitus illi tantarū
 rerum futurus sit. Deum immortalem,
 quis est adeo stupidus, qui non oculis
 iam præuideat, inde impetum in nos
 facturum esse, nisi cauerimus? Atq̄ si id
 acciderit, uehementer metuo, ne sicut
 ij, qui cum ingens æs alienum fecere,
 paulum modo nummati uidentur, po-
 stea fœnore ingrauescente fortunis om-
 nibus exuuntur; ita & nobis uoluptas,
 qua modo perfruimur, magno constet.
 Verum dicat aliquis fortasse, facile &
 cuiuis in promptu esse superiora repre-
 hendere: docere uero quid in præsentia
 faciendum sit, id modo consultoris mu-
 nus esse. Non ignoro equidẽ, sæpe uos
 succensere, non ijs qui culpam cõme-
 ruerunt, sed oratorib. sic ubi non succes-
 sit res ex sententia. neq̄ tamen officio
 meo deero, priuati periculi metu: aut
 dissimulabo, quid conducere uobis ex-
 istimẽ. Censeo itaq̄ periclitãti reipub.
 dupliciter

*Consilij relã
 qua pars.*

dupliciter succurrendum esse: primum
 iuuandi sunt Olynthij, missis illò copijs:
 deinde populanda est & Philippi ditio
 alia classe, alioq; exercitu. Quod si alte-
 rutrum omiseritis, periculum est, ne fru-
 stra bellum suscipiamus. Nam si tantum
 in fines incursionem feceritis, feret id
 tantisper, dum Olynthum ceperit, postea
 facile recurret sua propugnaturus. Sin
 autem Olynthum duntaxat exercitus
 missus fuerit, ubi ille domi omnia in tu-
 to esse uiderit, urgebit obsidionem, &
 instabit, donec pertæsos belli moram
 Olynthios expugnet. Quare dupliciter
 tentanda res est. Atq; hæc quidem sen-
 tentia mea est de iuuandis Olynthijs.

*De belli im-
 pensis: alte-
 ra consilij
 pars.*

De belli impensis uero, ciues, sic statuo
 plus pecuniæ publice in stipedium uo-
 bis superesse, q; ulli usquam urbi, sed hac
 priuatim, ut libet, utimini. quam si mili-
 ribus adsignaueritis, abunde fuerit stipē-
 dij. Quod si à uobis impetrari nō pote-
 rit, ne suppetet quidē undecūq; pecu-
 nia, nedū collatione opus fuerit. Legē
 autem fortasse ferre uideor, ut theatralis
 pecunia

pecunia in stipendium uertatur. Atqui id ego non fero, tantum hoc censeo, copias esse contrahendas, & omnibus rebus necessarijs iuuandas, in quem usum undecumque acceperimus pecuniam, eam stipendiariam esse duco. Et cum quid agendum sit constituitis, simul unde sumptus tantarum rerum petendus sit, constitui debet. Porro cum publicam pecuniam in ferias insumatis, pro qua uicissim operæ nihil facitis: reliquum est, ut oporteat uirum conferre, multum, si sit opus: parum, si res patietur. Nam omnino pecunia opus est, neque quicquam sine ea recte geri potest. Verum indicabunt alias alij parandæ pecuniæ rationes: e quibus eam deligite, quæ maxime uidetur e Repub. fore: modo maturis bellum, dum est bene gerendæ rei opportunitas. Neque uero alienum est, expendere etiam, quo in statu Philippi res sint. Neque enim usque adeo florent, ut uideri fortasse illi possunt, qui non est propius contemplatus. Non enim hoc bellum suscepit aut fiducia uirum, aut quod arbitraretur;

Caute id quidem, ne contra legem prius latam rogare uideatur cuius in uocabulo meminit Libanius.

Proverbiū. pecunie obediunt omnia.

Elevat Philippi uires.

arbitraretur futurum, ut maiore nego-
 tio gerendum esset: sed spectauit fore,
 ut initio cætera responderent. Fefellit
 opinio: id adeò uehementer perturbat
 atq; angit eius animum, quod hoc in-
 ceptū frustra fuit. Sollicitat & Thessa-
 lorū perfidia: qui cum omnibus gen-
 tibus, tū huic infidi sunt, idēq; hoc tem-
 pore inprimis. Decretum enim de re-
 poscendis Pagasis factum est, & Ma-
 gnesiā munire uetuerunt. Quin et ego
 accipio, uectigali pecunia priuatū esse
 à Thessalis: quod satius ducant, ea pe-
 cunia suas ciuitates tueri, quàm in Phi-
 lippum effundere, qua si carendum fu-
 erit, peregrinum militem alere non po-
 terit. Iam & Pœonas, & Illyrios, & reli-
 quos Barbaros quid dubitemus se in
 libertatem uindicaturos esse? Quanto
 enim seruitute præstat libertas? et illi nō
 adsueuere imperium ferre, præsertim
 hominis tam superbi, ut ferunt, idēq; cō-
 sentaneum est. Nam secundæ res in-
 cautos, quibus præter meritū cōtigere,
 sæpe dementant atq; euertunt. Nec ra-
 ro acci-

ro accidit, ut difficilius sit tueri partas
 opes, quàm parare. Proinde, quo iste
 minus paratus est, eo magis opportu-
 num uobis esse ducite: & mature com-
 parate omnia, propere legatos mittite,
 ciuium delectus agite, instigate ad bel-
 lum, si quos potestis: & reputate, quàm
 uigilâter omnia facturus sit Philippus,
 si aduersum uos talis cõtigisset occasio,
 aut bellum suæ ditioni illatum esset.
 Non pudet ignauia, dum ei parcitis,
 qui uobis exitium machinatur, modo
 ut possit. Restat hoc etiam consideran-
 dum uobis, quod modò integrum est
 deliberare: utrum satius sit, uos in eius
 ditione bellum gerere, an illum in ue-
 stra. Si enim illius impetũ sustinuerint
 Olynthij, in eius ditionem excurretis,
 eamq; populabimini, commeatus inde
 & ex uestris finibus abunde suppetet.
 Quod si in Thracia uicerit Philippus,
 quis arcebit quo minus huc irrumpat?
 Thebani ne: Hi uero (ne sit acerbũ au-
 dire) unà in nos impetum facient. At
 Phocenses: qui nisi uos opem feratis,
 ne se

Repetitio
 impenden-
 tium malo-
 rum.

ne se quidē tueri possint. At non uolet fortasse? Immo ridiculū est, arbitrari facturū nō esse, ubi possit; cū modò stultus id minari nō dubitet. Quantū autē intersit, in uestris finib, an illic castra sint, in propatulo est. Si em̄ ex uestris agris exercitus uester uel unū mēsem alienus esset, plus damni acciperetis, etiā si hostile nihil fieret, quā sumptuū facitis in toto præterea belli adparatu. Id uero si acciderit, quanta in agris uastitas fiet? Huc accedet cōtumelia et dedecus, quæ cordati in maximis dānis numerāt. Hæc oīa quæso diligēter expendite, ut auxiliū decernatis, & bellū hinc arceatis. Id opulētiores adhortor, ut modico sumptu reliquas opes, ut frui tuto liceat, redimāt. Incumbāt & Iuuenes, ut in alieno solo ad bellū adsuefacti, patriæ, dum incolumis est, fidi custodes fiant. Dent & Rhetores operam, ne periclitentur, cū gestæ Reipub. rationē reddēt. Nā ferè iuxta consiliorum euentus, de eis iudicare soletis. Opto autē, ut ab omni parte Superi inceptum fortunent.

*Distributio
ne claudit
orationem.
hortatur enim
omnis generis
homines, ut
parib. quisq;
uirib. incumbant.*

17

ARGUMENTVM PRIMAE

Olynthiacæ, per Ioach. Camerarium.

PHILIPPVS Amyntæ filius, rex Macedoniæ, multis urbibus Atheniensibus ademptis, & Thessalia propè uniuersa occupata, iam non dissimulanter cum Atheniensibus bellū gerebat. in qua causa Olynthios socios sibi adiunxit, amplis premijs eò perductos. Nā inter alia etiā Amphipolim, quā illis eripuerat, his dono dedit. Verū aliquāto post, cū Olynthij suspectam nimiā Philippi potentiā haberent, metuerentq; ne societate cū Tyranno, magno suo detrimento conseruaturi essent, decreuerunt sese cū Atheniensibus coniungere. Id qd fecerunt, clam Philippo cum Atheniensibus fœdere percusso. Philippus iam ad Thraciam inuadendam sese cōparabat, querebatq; diu occasionē dissidij erga Olynthios. nam subditā sibi urbē facere cupiebat. Est autē Olynthus urbs Thraciæ, inter Chalcidicas primaria, colonia Chalcidensium. Erat inter cōditiones pacis, quā cum Olynthijs fecerat Philippus, ut cōmunes hostes et amicos haberēt. Itaq; causa inuēta, quod cōtrā atq; pacti essent, cū Atheniensibus pacem fecissent Olynthij, ad oppugnandum eos est profectus Olympiade C VIII. Duobusq; prælijs commissis, in urbem compulsos obsidione clausit. Crebris oppugnationibus urbs tentata est, sed magna Philippi militum iactura. Quare desperans Philippus ui capi posse, inēnsa pecunia Euthycrate & Lasthene Olynthiorum principibus corruptis, proditione urbē cepit, cum Atheniensū classis nauium XL. auxilio Olynthijs missa, duce Charete,

b hyeme

hyeme excluderet. Philippus expugnata urbe prædam sub hasta uendidit. Hac igitur oratione, adhuc resistentibus Philippo Olynthijs, suadet auxilia submitti Demosthenes, docetq; ea urbe cōseruata, ceu murū Philippo obiectū, quo minus incursionibus hostilibus Atticā diuexare possit. Atq; hæc est orationis una pars. cui quod coniunctū est adnectit, pecuniam esse parandā quæ belli sumptibus sufficiat. Leuiter autē & uelut in transcurso attingit, satius esse bellū gerentibus mercedē ē publico constitui, quàm publicas opes erogari ludorū spectatoribus. Iis solebāt duo oboli, seu grossi Saxonici deunx, hoc est numi nostratis X. nomismatia Saxonica in ludos præberi, ad theatri ædificationes. Etq; istis principijs eò fuerat processū, ut cunctę pecunię publicę in minime necessarios usus expenderent. Erat autē lex ab Eubulo quopiā lata, capitis esse reū qui aliter de publicis pecunijs statui censuisset. Hęc inuidiā ueritus Demosth. uia hic sibi sternit, qua aliquando ad nocētiss. illā rogationē euertēdā perueniat, qđ facit audacter ἐν τῷ δ' ὀλυνθιακῷ, et nominatim ἐν τῷ περὶ συντάξεως. Oratio est in genere deliberatiuo, misto demonstratiuo, quatenus Philippi uires eleuat: quanq̄ hæc ipsa quoq; pars ad suasorias materias proprie pertinet. Nā & id, quo hortamur alios, fieri posse ostendendū, & utilitas ac honestas demonstranda est. detrimenta uero ac difficultas et pericula sunt tollēda. Procœmiū est pro renata accommodatis. magnitudinem negotij in se complectens. Sed nūc audiamus ipsum Demosthenem, conantem latine loqui.

DEMOSTHENIS OLYNTHIA-
CA PRIMA, IOACHIMO CA-
merario interprete.



GO IN EA SVM OPINIONE
Ciues, præimmensis uos opibus latu-
ros eum, qui tuendæ salutis publicæ, de
quo in præsentia consultatis, rationem
demonstret. Quod cum ita se habeat,
par est, ut æquis animis audiatis, qui consulendi caussa ad-
sunt. Neq; enim, quo fortunæ estis, eo tatum qui medita-
tus ad dicendum uenerit, consultore sitis usuri: uerum ij
etiã qui imparati subijcere aliquid uolent, non sunt uobis
adspernãdi: quo ex multis & uarijs setētijis in mediũ pro-
positis, utilissima eligendi uobis copia fieri possit. Tẽpus
profecto, Ciues, ipsum iam modo nõ uoce edita clamat, ue-
litis tandem rerum uestrarum curam suscipere, si quidẽ
non funditus exscindi malitis. Nos uero equidem nescio,
quo pacto erga ipsas affecti uideamur. Proinde, meo qui-
dem iudicio, auxilia decernenda, quamq; primũ hinc mit-
tenda sunt: cauendumq; est, ne hic quoq; ut sæpe antè no-
stræ socordia pœnas demus. Deinde hæc legatis missis
fidis hominibus denunciãda sunt, qui omnibus ipsi rebus
& intersint et præ sint. Nam metus haud paruus est, ne
scelestus ille & uersutus, ac callidus occasionum auceps,
interdum si res poscat concedens de suo paululum, mox
interminans (est enim profecto, est cur huic fides habea-
b 2 tur)

tur) deim & nostras vires elcuans, de summa rerū nonnihil detrah at.

Veruntamē Ciues, quod ad nos oppugnandū ualidiss. in hoste esse uidemus, id maxime pro nobis facere putare debetis. Nā quod ipse unus omnia per phas & nephas tenet, moderatur, regit, uersat: quodq; nusquā ab exercitu discedit, ad gerēdi bellū tempus & celeritatē plurimū sanē habet momenti. At qui hoc ipsum fœderi, quod oppidoquā lubens cum Olynthijs faceret, multo aduersiss. est. Liquido enim norūt Olynthij, se iam nō de opinione sua, aut regionis particula, sed ut uastationē ac seruitutē à patria depellant, belligerari: sciuntq; quē sese erga Amphipolitas, qui se suamq; ipsi urbē dediderūt: quemq; erga Pydnaeos, qui in urbem receperūt, hic gesserit. Quid multa? modis omnibus, sed præcipue cum uicina loca tenent, formidabiles ciuitatibus sunt Tyranni. Hæc igitur cum nemo uestrū sit, cui nō ualde perspecta, cuiq; nō aliqua res fert cogitata sint: nūc demum, et si quādo unquā censeo uobis ea, quorū ad bellū administradum usus eget, uehementer et ardentibus animis aggrediēda, ut uel pro se quisq; pecunias cōtribuat, uel ipse in expeditionē proficiscatur, ac nihil publicorū onerū ullus detrectet.

Neq; enim caussa ulla aut ratio uobis relicta est, cur quisquam in rebus necessarijs operā suam requiri patiatur. Nūc enim quod uulgo prædicabatis, esse e Republica, Olynthios à Philippo alienari, id ultro euenit: atq; ita euenit.

euenit, quē admodū uobis maxime fuit utile. Etenim si eō à nobis adducti forēt Olynthij, ut nostra uoluntate bellū susciperēt, minime firmos socios, sed aliquousq; saltē nostrarum partiū habituros sperandū esset. Iam uero postquā maleficijs suis ut se oderint meritus est Philippus, nō potest cuiquam esse dubiū, quin graues & permanentes inimicitiae his cum eo intercedant, quem timēt, & à quo sunt afflicti. Qua de re, Ciues, haud decet uos tantā occasionem uobis ostentatam amittere: ac potius dare operā, ut uestra diligētia, quae saepe mala plurima estis passi, nūc effugiatis. Nam si quo tempore Euboensibus auxilio uenimus, cū praeſto essent hoc adeo in loco Hierax & Stratocles, legati Amphipolarū, & nos ad occupandā suā ipsorū ciuitatē inuitarēt: si inquā tam nostri cura, quā Euboensium salutis nobis fuisset, teneretis iam Amphipolim, et laboribus quoscunq; postea pertulistis careretis. Rursum cū Pydna, Potidæa, Methone, Pagasæ, alia multa oppida, ne singillatim recensendo longū faciam, ab hostibus obsideri nunciarentur: si tum opem cuipiā ex istis principi promptis & cupidis animis tulissemus, multo haberemus faciliorem ac mansuetiorem Philippum. Iam uero, cum quae in manibus sunt proijcere, & futura sua sponte prospere successura esse sperare soleamus, incrementa ipsi nos Philippo adiecimus: & fecimus tantum, quantus nemo post hominum memoriam Macedonum regum extitit. At nūc ab Olynthiorū urbe ea opportuni-

tas ultro nobis uenit, quæ nulli priorum inferior uideri meretur. Quod si quis æquus constituatur iudex, quanquam nunc in plurimis laboremus, mea tamen sententia Dijs immortalibus merito multam gratiam habeat, pro ijs bonis quæ in nos contulerunt. Quod enim magnam nostrarum rerum iacturam bello fecimus, incuriam adscribi conuenit. Quod uero nobis ipsum hoc non iam olim accidit, quodque nunc auxiliū ostenditur, quo si uti uoluerimus, quicquid unquam peccatum est, corrigi facile poterit: equidem beneficium Deorum immortalium beneuolentia nobis datum, interpretari non uerear. Videor autem mihi tale quippiam hic animaduertere, quale usu uenire solet ijs qui rei faciendæ studio tenentur. Dum enim quæ parta sunt tueatur aliquis, immensas fortunæ gratias habet: uerum simul atque opinione citius prodegerit, perijt unam etiā muneris fortunæ memoria. Ita planè qui in negotiorum qualiuncunq; tractationibus uersantur, si forte temporis comoda neglecta sunt, facile bonorum quæ numinis benignitas largita est, obliuiscuntur. Solent enim res ferè omnes secundum euentus aestimari. Quare Ciues, acris cura rerum nostrarum habenda nobis est, ut & errata emendemus, & aspersam ob res male gestas labem eluamus. Quod si etiam hos prodiderimus, Philippusque nobis stertentibus Olynthum subegerit, quæso quid obstabit quo minus quocumque gentium lubitum fuerit peruadat? An nemo uestrum est, qui uel uideat uel cogitet, qua uia è tam infir-

mis

mis principijs, ad tantā potentiā peruenerit Philippus?
 Primum Amphipoli capta, mox Pydna, Potidea, Metho-
 na, Thessaliam inuasit. Vbi ad Pheras, Pagasas, Magne-
 siam, rebus ex animi sententia cōfectis, abiit in Thraciā:
 ibi quibusdam qui regnabāt pulsīs, quorundam imperio
 confirmato, aduerso casu ualetudo laesa est. Quam mox
 ut refecit, non ad indulgendum genio deflexit animum,
 sed repēte bellū Olynthijs intulit. Nam illas in Illyrios,
 in Pœonas, aduersus Arymbā (& quò nō?) expeditiones
 trāseo. Sed quorsum isthuc? inquiet aliquis. Eò nimirū
 Ciues, ut intelligatis & sentiatis ex pari, quā dānosa
 res sit ignauiā: cōtrā autē, quā utilis sit sedulitas, quā
 nusquam non urgere Philippus cōsuevit: quae etiā ipsa nō
 sinet in posterū, rebus gestis cōtentum quiescere. Quod
 si ita porro ille in ea sententia permanebit, praecclarū esse
 rerum superiorum prouentus ornare & ampliare: uos
 autem etatē secure acētare, neq; ullorum negociorū dif-
 ficultatibus implicari pulchrū ducetis: obsecro uos, quē
 finem haec sortitura esse speremus? Deos immortales, Ci-
 ues, quis omnium tam est uecors, qui non uideat bellum
 istud, nisi prouidemus, nos petere? Quod si acciderit, me-
 tuo profecto, ne quemadmodū qui ingēti scēnore mutuas
 pecunias sumpserūt, exiguo tempore bene diuites, mox
 usurae ui oppressi etiam sortē perdunt: ita nos quoq; dum
 nimis secure in ocio summo degimus, et cuncta uolupta-
 te metimur, multa & misera posthac, quae minime ueli-

b 4 mus

mus, subire cogamur: deq; ipsius nostræ terræ fortunis
 in periculum ueniamus. Sed uideor quosdã audire, qui
 dicant, nihil esse facilius quàm obiurgare & insectari
 quosuis: uerum non Oratoris hoc esse officiũ, quem in do-
 cendo ac suadendo, quo imminentibus discriminibus amo-
 liendis factò sit opus, ualere decet. Ego uero Ciues, quan-
 quam nõ sum nescius, consueuisse uos, cum quæ animo de-
 stinauistis, secus atq; uelletis exitum habuerunt, sæpenu-
 mero nõ calamitatum autoribus, sed Oratoribus irasci:
 tamẽ haud existimo boni uiri esse, quo sibi res in tuto sint
 nolle in publicis consilijs suam fortunã periclitari. Mea
 itaq; sic est sententia, Ciues, duplici ratione rebus impul-
 sis succurrendũ, ut & Olynthiorũ urbes nostris copijs
 conseruemus, et iisdem alijs mari terraq; hostium agrũ
 uexemus. Nam nisi in utroq; strenui fuerimus, uereor
 ne ab alterutra parte frustra pro rebus nostris simus de-
 certaturi. Seu enim uos ipsius regnũ tantum lacerabitis,
 feret hoc tantisper, dum Olyntho expugnata, uacuis re-
 bus domesticis facill. subuenire possit: siue Olynthios mo-
 do propugnabimus, postquam uidebit domi omnia tuta
 esse, urgebit obsidionẽ, donec crebris tandem oppugnati-
 onibus, diuturno temporis spacio, uictor existat. Proinde
 opus est denso, atq; adeò gemino auxilio. Ac de auxilijs
 quidem, ut ego putauì, hæctenus dictũ esto. Nunc uero de
 pecuniarum paratu oratio nobis est instituenda. ubi ego
 Ciues, bellicarũ facultatum, ni publicas pecunias pro ue-
 stra

Stra libidine absumatis, tantas uideo uobis esse opes, ut
 uix putem ullos homines æquare posse. Hinc ergo si mili-
 tes alatis, nulla iam exactione fuerit opus: sin aliter, ma-
 xime fuerit omniū. Quid ergo? inquiet aliquis. Tun̄ has
 opes in belli usum expēdi statuis? Minime equidē Ciues:
 sed mei cōsiliij rationē uobis explico. Nā cū de exercitu
 conscribēdo agam, stipendia quoq; his adsignari fas esse
 aio; unumq; constitui ordinē, qui et faciant quæ fieri ipsa
 necessitas exigit, et accipiāt quæ uos ociosi in spectacula
 insumitis. Quod nisi uobis placet, restat ut uniuersi in
 publicū aliquid, si multis indigeamus, multa: si paucis,
 pauca cōferamus. Pecunia enim modis omnibus est opus,
 sine qua ne sperandū quidem est quicquam rectē effici
 posse. Hic alij alias cōparandæ pecuniæ uias indicabunt:
 è quibus penes uos esto eligere, quæ maxime cōpendiaria
 uisa fuerit: tantum, ne uestrā salutē dum custodire datur,
 ipsi prodite. Hoc loco operæ precium facturus uideor, si
 ostendam, imbecilliores & minus ualidas esse Philippi
 uires, atq; aliqui fortasse, re parū diligenter inspecta, opi-
 nantur. Vbi considerare debetis, minime fuisse hunc com-
 missurum, ut bellum cum Olynthijs susciperet, si paulum
 modo longius tractum iri timuisset: & nisi ut gerere esset
 adortus, statim omnia in sua potestate fore credidisset.
 quæ spe falsus, hoc primum, quod præter opinionem acci-
 dit, male habet uirum, magnorumq; ipsi perturbationū
 causas præbet. Post hæc Thessali, ut suo pte ingenio sem-

per perfidi erga omnes mortales fuisse, sic manent, ne quis
 quicquam huius gratia demutant. Atque adeo certum ipsis
 est, publice ab hoc Pagasas repetere. Et iam Magnesium
 admuniri uetere. Ad me uero etiam per quosdam delatum
 est, neque portuum, neque forenses redditus in posterum Philip-
 po concessuros: quod dicent, commune Theſſalorum ex his
 sustentari, non ipsum intercipere oportere. His autem subsi-
 dijs si destituatur Philippus, exercitus conducticij comea-
 tus in angustijs ualde cogi uidebitis. Porro Pæonas et
 Illyrios, et illas cunctas circumquaque gentes, quæ natura
 egreſerunt imperia, credibile profecto est, malle pro suo
 arbitrio et libere uiuere, quam seruire homini (ut fama
 est) superbo et importuno. quod ipsum ualde mihi fit ueri-
 simile. Nam secundæ res supra quam cuiusque conditio me-
 retur, nihili homines ad fastum et elationem adigunt. Itaque
 sæpe dici solet, præstatoris esse operæ parta tueri, quam
 querere. Quid ergo dubitatis, Ciues: secundo uentum u-
 si, qui isti nunc aduersus flat, cupide ad bellum accingi?
 partim legatis missis, quò mitti uisum fuerit oportere:
 exercitu confecto, non peregrinorum militum, sed nostra-
 tium: partim alijs finitimis populis in hunc concitatis.
 Sic ergo mihi cogitate: si non magis Philippo, quam nobis
 est, aduersa fortuna foret, intraque fines nostros hostis con-
 stitisset, quam auide esset ad nos properaturus. Quæ igitur,
 malum, uesania est, quod ille nobis si queat facere aue-
 ret, hoc nos in tanta oportunitate non audere? Præterea
 Ciues, ne hoc quidem prætereundum silentio arbitror,
 quod

quod optio nunc datur uobis, utrum malitis in illius ditio-
ne bellum ducere, an in uestra. Nam si Olynthij huius in-
cursus repulerint, uobis isthic belli ducendi, huiusq; regi-
onem affligendi potestas erit, cum uestris interim agris
ac possessionibus inuiolatis fruituri sitis. At si Philippi
conatus uotis responderint, quis ei iter ad uos interclu-
det? Num Thebani? Durum auditu est, Ciues, sed uideo se
socios Philippo addere paratos esse. Qui ergo? Phocen-
ses scilicet, quibus absq; uobis foret iam diu patria de-
serenda: quiq; ipsi non unum diem, nisi uestra ope sub-
nixi, resistere Philippo potuissent. At enim ipse nō au-
sit. Quid est absurdus, per Deos immortales, quā pu-
tare non facturū esse si liceat, quæ nunc passim rebus in-
certis. homo ineptus iactitat? Iam uero quantū intersit,
nostram terram, an illius, bello infestari, quid uerbis
opus? Si enim sit uobis, ut bello fieri aliter non potest, tri-
ginta duntaxat diebus exercitus habendus, eiq; com-
meatus è uestri soli prouentibus subministrandi sint: etiā
hoc addo, ab omni hostium metu liberā regione: affirma-
re ausim, plus damni agrorum cultores facturos esse,
quā est in bellum hæctenus uniuersarum impensarum
summa. Quā grauius igitur læsum iri putamus, si
huc bellum redundet? accedet ignominia, accedet infamia,
quæ apud sapientes nullis detrimentis leuior est. Quæ
omnia si diligenter fueritis contemplati, reperietis nemi-
ni uestrum cessandum esse, dum in cōmune rebus affectis
opitulemini: sed annitendum omnibus, ut periculū quod
incumbit

incūbit, pro sua quisq; uirili isthuc reijciatis. Quod qui dices sunt, hoc studiosius præstabunt, quo optabunt enixius, modicis sumptibus exaggeratas opes defensas possidere. Iuuenes aut quid facere poterunt speciosius, quam si bellandi experientiam è Philippi ditione, ut suam protegant, apportarint? Iam Oratores operam dare non uulgarem decet, ut in præsentium negotiorum administratione, ad gestæ Reipublicæ rationes redendas facile sibi uiã sternāt. Nam quocūq; in stature uestre sunt, Ciues, in eū ab his esse promotas soletis iudicare. Dij faxint, ut ab omni parte bene feliciterq; quod instituimus cadat.

D I X I.

IN SECUNDAM OLYNTHIACAM DE 29
mosthenis, Dispositio per Phi-
lippum Melanchthonem.

ORATIO Olynthiaca secunda est generis suaso-
rij. Status est, ac propositio principalis, ut Athe-
nienses defendāt Olynthios contra Philippum. Sed quia
præcipue obstabat metus, quo minus id facerent: altera
propositio adiungitur, Philippum non esse formidan-
dum. Et in huius propositionis tractatione ferè tota Ora-
tio consumitur. Confirmatur tribus argumentis. Pri-
mum est, quia potentia Philippi fraude parta non sit
durabilis. Secundum, à uoluntatibus subditorum sump-
tum est. Ipsi iam Macedones assiduis bellis exhausti, gra-
uatim iuuant Philippum. Tertium argumentum, sump-
tum est à moribus: Morcs alienant ab eo uoluntates præ-
stantium uirorum. Et quanq̃ hæc odia prosperi successus
tegunt, tamen erūpent, si quid inciderit periculi. Dein-
de sequitur confutatio de fortuna, item uituperatio igna-
uiæ ciuium. Hæc est summa orationis. in qua non solum
sermonis proprietates & uenustas consideranda est: sed
illud etiam admiratione dignū est, quod in oratione po-
pulari, quæ ad uulgus habebatur, non tantum plebeis ar-
gumentis utitur, sed mirifica diligentia conquirat uelut
ex media Philosophia, grauissimas & ueras causas.
Nam in primo argumento egregius locus est, quod im-
peria fraude parta non sint durabilia. deinde subtilius
est, quod in tertio argumento coniecturam facit ex mo-
ribus

ribus Philippi, potentiam eius non fore diuturnā. Ac sapi-
 entissime significat mores principum magnam uim habe-
 re ad conciliandas & retinendas uoluntates multitudi-
 nis. præterea fortunam sæpe respondere moribus. postre-
 mo, prudentissima cogitatio est de fortuna. nam multi pu-
 tant, in rebus gerendis consilium & uires sufficere. Hic
 Demosthenes sapienter uidet, fortunam esse donum Dei,
 sine quo consilia quæ præclare cogitata tamen sunt in-
 foelicia. Quare nõ satis est uiribus & consilio ualere: sed
 sciendū est, præter hæc etiam fortuna opus esse: hoc est,
 deo gubernante. Et tamē fortuna consilio adiuuanda est.
 Tales extant multæ sapientum sententiæ. Apud Herodo-
 tum ait Xerxes, Ἄλλα θεός τε πῦρ ἄγει, καὶ αὐτίσι ἡμῖν πολ-
 λὰ ἰφίπποσι συμφέριται ἐπὶ τῷ ἄμεινον. Hæc eò recensui, ut ado-
 lescentes uideant, eloquentiam Demosthenis nõ esse ina-
 nem garrulitatem, sed adiunctam esse mirificā diligen-
 tiam res graues conquirendi. Deinde hæc propriissime
 explicantur. Hæc exempla in nobis quoq; dili-
 gentiam acuant, & rerum conquirenda-
 rum, & formandæ orationis.

FINIS.

31
DEMOSTHENIS

OLYNTIACA SECVNDA

Phillipo melanchtoni
ne interprete.



VM in alijs multis rebus
perspici potest, singularem
esse deorum beneuolentiã
erga hanc urbem, tum ue-
ro in hoc negotio maxime. Hæc enim
prorsus Dei beneficio accidisse appa-
ret, ut Philippo bellum uicini inferãt,
quiç uires nõ contēnendas habēt. De-
niç quod præcipuum est, ut magno cõ-
sensu pacis conditiones primum infi-
das, deinde exitiales, patrię si reciperẽ-
tur, fore statuãt. ^aIam igitur nobis pro-
uidendum erit, ne nostrę utilitatis ratio
nem minus habere uideamur, ç fortuna,
quæ nos suo beneficio prouocat.
^bTurpissimum enim est, non solum
oppida & loca, quæ tenuimus pro-
ijcere, sed etiam auxilia atque occasio-
nes à fortuna oblatas. Neç uero pro-
desse mihi uidetur, ad uos exhortan-
dos

Exordium
ab occasiõe.

^a Applicatio
Ergo cauetur
ne uos ipsi
occafioni
uestre defi-
tis.

^b Obiurga-
tiuncula ar-
guta & ob-
liqua, per
collationẽ.

Non est tam
momenti,
amittere
urbes & re-
giões, quan-
ti est, amitte-
re occasiões
rei bene ge-
rendæ.

*Figurata re-
iectio, quod
non uelit ex-
tenuare ui-
res Philippi
& utitur
hac, quo cō-
modior de-
inde sit occa-
sio reprehē-
dendi Athe-
nienses.*

Obiurgatio.

*Propositio,
Philippus nō
est metuen-
dus.*

dos atq; incitandos, commemoratio illa, quàm sint exiguæ Philippi uires. Nā tota illa oratio isti gloriosa est, nobis dedecori. Quo enim ille maiora gessit quàm pro uiribus, eo existimandus est formidabilior. uobis autē turpe est, cum et potentia præstaretis, & occasio esset bene gerendę rei, neque intentos neq; pares illi fuisse. Hęc igitur omittā, ne uos obiurgare uidear. Nam si quis uerè rem æstimabit, comperiet Philippum nostra ignauia creuisse, non suis uiribus; ac debere gratiā eius rei proditoribus, qui hic in publicis consilijs utilitati Philippi seruiērūt; de quibus uos supplicium sumere oportuit. Sed nūc non est locus de his dicendi. Cæterum præter hæc, illa dicenda esse duxi, quæ uobis utilissimum est audire, & quæ continent maxima istius probra. Si quis autem eum perfidum et periurum uocet, sine cōmemoratione rerum gestarum ipsius, uidebitur tantum inania conuicia in eum dicere. Verum si quis omnes eius res gestas recensēbit, ibi de præhens

OLYNTH. SECUNDA.

prehendet & comperiet, quibus artifi-
 cijs singula adeptus sit, et q̄ sint eius
 res infirmæ. Itaq̄ propter duas causas *Duplex causā*
 hanc cōmemorationem prodesse iudi- *sa, quare pro*
 co, & ut conspici possit eum improbū *fit ista dici.*
 ac perfidiosum esse: & ut illi qui me- *a Ratio pro-*
 tuunt eum tanq̄ inuictum, *positionis:*
 omnia illa artificia consumpsisse, qui- *quia omnia*
 bus initio decepit alios, & potentiā au- *ista artificia*
 xit, et ad metā ac finem iam peruenisse. *consumpsit,*
 Ego quoq̄, Ciues, ualde formidandū *quibus cre-*
 esse Philippū censerem, si uiderē eum *uit.*
 uirtute & iustitia tantam potentiam cō *Cōfirmatio*
 secutū esse. *à minori.*
 Sed cū has res cōsydero, *Estq̄ argu-*
 animaduerto eum initio egregie nobis *mentū sum-*
 imposuisse, nihil prospiciētibus. nosq̄ *ptū ex cau-*
 in suam societatem traxisse, cum Olyn- *sa efficiēte.*
 thios nollemus audire: eo quod ille pol- *b Minoris*
 licebatur, se nobis Amphipolin traditu- *ex positio.*
 rum esse, & arcanum illud quod fereba- *Minor: con-*
 tur de Potidæa restituenda perfecturū *sumptæ sunt*
 esse. Deinde Olynthios auersos à no- *omnes occa-*
 stra societate sibi adiūxit hoc beneficio, *siones, om-*
 quod Potidæam nobis ereptam tradi- *nia artificia*
 dit eis: nec ueritus est nos, cum eius so- *quibus Phi-*
 cū esse *lippus cre-*
uit.

c

cū esse

^a Minoris
quasi cōclu-
sio. Philip-
pus multos
decepit, so-
ciosq; frau-
de coniun-
xit, igitur
eum quoq;
ab eis deser-
necesse est.
gares frau-
de parte nō
sunt durabi-
les.
^b Res Philip-
pi in illud di-
scrimen ue-
nerunt, in
quo necesse
est eū rue-
re, si modo
nos quicquā
egerimus.
^c MAIOR.
Nō recte iu-
dicant, qui
imperia ui-
tē fraude

DEMOSTHENIS

34
cū essemus, iniuria afficere. Thessalos
autem sibi cōciliavit, pollicitus se Ma-
gnesium eis traditurum esse, & ipsorū
causa moturum bellum aduersus Pho-
censes. Ita omnes quibus aliquid cum
eo negotij fuit, arte fefellit. Et hoc mo-
do auxit potentiam, dum errore in frau-
dē inductos alios in suas partes trahit.
^a Vt igitur horū societate creuit, cū sin-
guli aliquod ipsius beneficiū expecta-
rent: ita iñdem euertent eum, postq; ui-
derint se ab eo delusos esse. ^b In hoc ar-
ticulo sunt iā res Philippi. Aut prodeat
aliquis, & mihi, seu uobis potius, osten-
dat, falsa esse hæc quæ cōmemoro: aut
illos qui ab eo decepti sunt, in posterū
ei fidem habere: aut Thessalos reda-
ctos in seruitutem, non expetere rursus
libertatē. ^c Ac si quis hæc ita se habere
intelligit, uerum existimat, Philippum
iam uī imperium suum retinere posse,
quia oppida & portus occupatos præ-
sidijs habet, non recte iudicat. ^d Tunc
enim manere socij in fide, & unā labo-
res & pericula adire solent, cum mutua
parta dicūt esse diuturna. ^d Expolitio.

OLYNTH. SECUNDA.

mutua eos benevolentia coniungit, & pariter expedit omnibus commune periculum depellere. ^a Cum autem unus aliquis fraude & scelere potentiam consecutus est, prima occasio & leue erratum omnia retro agit ac dissoluit. ^b Nam potentia iniurijs, perfidia & mendacijs parta, non potest esse diuturna; sed durat aliquantisper. ac fieri potest, ut ualde etiam floreat: propterea quia multi spe inuitantur, sed paulo post deprehensa perfidia sua sponte dilabatur. ^c Vt enim aedium, aut nauigij, aut alterius edificij fundamenta firmissima esse oportet, ita negotiorum causae debent esse iustae et uerae. ^d At Philippi res longe aliter se habent. ^e Quare censeo, Olynthijs auxilia mittenda esse: Ac sententiam probaturus sum, quisquis dicet quomodo & optime instructa, & quam primum mitti possint. Censeo & ad Thessalos mittendam esse legationem, quae eos & de apparatu nostro certiores reddat, & ad belli societatem hortetur. Decreuerunt enim Pagasas repetere, & de Magnesia

c 2

nesia

^a Errata & offensiones alienant animos, praesertim imbecillium. Isti. n. naeti occasione, facillime deficiunt. ^b Principalia uerba maioris haec sunt. Prior. n. ex politio, explicatio tantum maioris fuit. ^c Amplificatio. uel similitudo ornamentum maioris. ^d Repetio minoris. ^e Principalis conclusio, uel sententia, qua censes, & quid agendum sit indicat.

nescia cum Philippo exostulare. Sed uide-
 dete, ne tantū uerba legati uestri perfe-
 rant, sed ut possint etiam res ostendere,
 quod iam eduxeritis exercitus, quod
 bellum moueritis, quemadmodum re-
 pub. uestra dignum est. Nam oratio si-
 ne factis est inanis, præsertim de nostra
 ciuitate. Quo enim paratiores erimus, et
 citius bellum inferemus, eo facilius im-
 pellemus alios ut ab eo deficient. Nam
 si quem uobis adiungere uultis, necesse
 est ut magnā mutationem apud uos cō-
 spiciat, ac uideat uos cupide conferre
 tributa, educere copias, deniq; omnia
 prompte obire. Hæc si perficietis, quem
 admodum conuenit, non solum socio-
 rum uoluntates erga Philippum labas-
 cent, sed etiam domesticas uires intelli-
 getis languidiores & infidas esse. Nam
 Macedonici exercitus tantū ualent ap-
 pendicis uice, sicut olim Timotheo du-
 ce nobiscum aduersus Olynthios ua-
 luerūt. Deinde Olynthijs cōiuncti, ad-
 uersus Potidæam rem bene gesserunt.
 Quodq; nunc Thessalos subegerūt, ita
 accidit

Trāsitio, uel
 quasi para-
 sceue ad se-
 quens argu-
 mentū, quod
 etiā subditi
 Philippi
 nō sint man-
 suri in fide.

accidit, quia ipsi inter se dissentientes Thes-
sali, adiuuerunt eos contra Tyrannos. Sē-
per autē quamlibet parua accessio, mul-
tum adfert momenti. Ipsæ uero Mace-
donum res per sese infirmæ sunt, & ple-
næ difficultatū: quas auxit etiam Philip-
pus his ipsis bellis & expeditionibus,
quibus potentior factus uidetur. Non
enim eadem res iuuant Philippum &
subditos. Nam ipse gloriam concupis-
cit, et hanc assequi summa contentione
animi conatur. ideo nullos labores, nul-
lum periculum detrectat, ut maiores
suos magnitudine rerum gestarum su-
peret. Hanc gloriā magis, expetit, quā
ut secure uiuat. Sed populus non uenit
in societatem huius gloriæ, at interim
uexati assidua militia, dolore afficiuntur,
& perpetuas ærumnas sustinent, cū non
concedatur eis spacium res suas curan-
di, aut fruendi suo, nec ea quæ lucran-
tur quoquo modo bene collocare pos-
sunt: quia emporia propter bellū clau-
sa sunt. Inde facile æstimari potest, quo
modo populus in Macedonia erga Phi-

c ; lippum

Secundū ar-
gumentum.
Subditi sunt
iniqui Phi-
lippo, Ergo
non potest
durabilis
esse eius for-
tuna.

Philippus
mauult peri-
clitari, et
cōsequi hanc
gloriā, quod
maiores su-
os superaue-
rit, quā se-
cure uiuere.

². Tertium ar 36

gumentum de
moribus
Philippi.

Mores, in-
quit, eius
sunt intolle-
rabiles, er-
go fortuna
quoque into-
lerabilis e-
rit. Conse-

quentia ua-
let, quia deus
oēs immo-
deratas libi-
dines punit.

et propter
Nemesin mi-
serabiles ha-
bēt exitus.

^b. Latrones
cōfirmāt au-
dāciam, as-
sētōres alūt
et cōfirmāt
stultitiam.

^c. Talis est
quisque, qual
iū delectatur consuetudine,

DE MOSTHENIS

lippum affectus sit. Sed milites & pedi-
te quos habet, existimatur egregia uir-
tute praediti, & exercitati in re militari.
uerum ego ex quodam graui uiro, cui re-
gio illa nota est, audiui, milites illos non
esse praestantiores ceteris. Nam si qui ex-
cellunt uirtute ac sciētia rei militaris, hos
per ambitionē a se remouet Philippus,
dum uult uideri omnia suo consilio &
sua uirtute gerere. ^a Nam praeter caetera
uitia, dicit intollerabili superbia atque ar-
rogantia praeditus esse. Si quis autē mo-
destus est, aut alioqui probus, cui displi-
cent quotidianae eius helluationes, ebrī-
etates, et saltationes; hunc dicebat negli-
gi, & in nulla gratia apud eum esse: sed fa-
miliares ei esse ^b latrones & assentatores,
& tales qui solent ebrīj saltare, et talia face-
re quae nominari non possunt. Haec uera
esse constat. ^c Nequissimi enim homines,
quos hinc expulisti, ut Calliam seruū pu-
blicū, et similes alios mimos et scriptores
obscenorum carminum amat, et in familiari-
tate admittit. Et si autem haec uidentur leuia et
exigua, tamen praudentibus grauissima sig-
na

na sunt perditę mentis, & impendentis exitij. Hactenus prosperi successus hæc uitia texerunt. Nā secundę res talia de-
 decora obscurāt: sed si quid ei aduersi ac-
 cidit, tūc deprehēsa plurimū ei nocebūt.
 Erumpent autem breui, ^asi dñi uolent, &
 uos non cessabit^b. Vt enim in corpori-
 bus, si quod membrum male affectum
 est, non adfert dolorem, si alioqui recte
 ualemus: sed ubi morbus aliquis acces-
 sit, cientur etiam illæ ægræ partes, uide-
 licet fracta aut luxata membra. Ita do-
 nec Tyranni aut ciuitates foris rem fœ-
 liciter gerunt, domestica uitia latent:
 sed cum in suis regionibus bellum ge-
 rendum est, interiora mala omnia se pro-
 ferunt ^c. Si quis autem fœlicitatem Phi-
 lippi considerans, propter hanc formi-
 dabilem esse iudicat, prudenter cogitat.
 Nam fortuna multum adfert momen-
 ti in omnibus, imò in eius potestate sunt
 omnia. Hoc quanquā ita se habet, ta-
 men si mihi sit alterutra fortuna optāda,

^a Coniungit hæc duo for-
 tunam scili-
 cet, id est
 deorum
 auxilia, &
 diligētia ho-
 minū. uulgo
 enī dicitur,
 dii faciētes
 adiuuant.

^b Egregia
 similiudo,
 quomodo
 mala do-
 mesticæ er-
 pant.

^c Cōfutatō
 de fortuna,
 qua oppo-
 nit fortunā
 reipublicæ
 Atheniēsis,

c 4 non

Fortunæ Philippi. Nostra respublica est etiam illustris, & multo ma-
 iores res gessit quàm ille.

Confert Philippum cum Atheniensibus. Ille, inquit, non fortuna, sed tantum diligentia ualet: uos autem excellitis fortuna. igitur addite diligentiam, et uiuate fortunam, tunc eritis multo superiores.

Philippus nullam negligit occasionem rei bene gerendae.

non dubitem præferre nostræ urbis fortunam, modo nos ei non deesse uelimus, sed paulum modo anniti, & facere ea quæ conuenit. Plures enim occasiones rei bene gerendæ nobis se offerunt, quàm Philippo: quæ sunt significationes beneuolentiæ Deorum erga nos. Sed ut uideo, sedemus ociosi, nihil conamur. Ridiculū autem fuerit, si ipse nihil agat, amicis imperare ut probe obeant ea quæ sibi facienda erant: tantum abest, ut dijs multa mandare possimus, si ipsi non cōnitamur. Nihil igitur mirū est, Philippum uincere, qui est assiduo in armis, & militiæ laborem perfert, & adest ipse omnibus rebus gerendis, & in omnes occasiones intentus est: uobis interim cunctantibus, & decreta facientibus, & rogantibus sententias. Quare nihil miror, Philippum superiorē esse: imò contrarium mirarer, si nos in tanta ignauia superiores essemus illo, qui summa industria & accerrima contentione animi facit omnia, quæ in bello requiruntur. Deinde hoc miror, adeo uos dissimiles

dissimiles esse maiorum uestrorum, qui Amplificatio
 pro libertate Græcorum Lacedæmo- que est gene-
 nijs bellum intulerunt: & quum mul- ralis adhor-
 tæ essent occasiones augendæ poten- tatio, sumptæ
 tiæ huius urbis per fraudem, tamen id ab exēplis do-
 facere noluerunt: sed alienæ libertatis mesticis et re-
 causa suo sumptu bella gesserunt, et pri- bis Atheniē-
 mi pericula adierunt. Nunc autem, cū siū: Olim in-
 uestræ res in discrimine sunt, militare et quit, uos sum-
 conferre stipendium cessatis. Cum que psistis bellis
 alios interdum uniuersos, interdum defendēdi ali-
 singulos seruaueritis, amissis uestris os causa, sed
 rebus sedetis ociosi. Insuper & hoc mi- iā ita de gene-
 ror, uos non expendere, cum longo rastris ab anti-
 iam tempore cum Philippo bellū ges- qua illa uir-
 serimus, uniuersum illud tempus ita tute, ut ne
 abiisse, ut à nobis nihil memoratu di- pro defensio-
 gnum actum sit. Dum enim cuncta- ne quidē ue-
 mur, & speramus alios nostra causa bel- strorum ci-
 lum moturos esse, et mutuo nos in iudi- uium bellum
 cia uocamus, deinde rursus speramus: suscipere au-
 postremo dū propemodū facimus talia deatis.
 qualia nūc fiūt, tēpus omne exactū est. ^a Antithesis.
^a Postea adeo stulti estis, ut qbus modis Tēpus præ-
 respub. ex meliore statu in deteriorem terijt no-
 lapsa bis, nihil in-
 tibus. signe gerer.

Ad difficulta 4^a

te. facilius es lapsa est, his ipsis modis ex his calamita
set, cū adhuc tibus in meliorem conditionem restitui
simus inte- posse speremus. Sed neq; consentaneū
gri, retinere est, neq; natura hoc patitur. ^aFacilius. n.
et defendere est retinere parva bona, q̄ de nouo om-
parva, quā nia parare. Iam uero bellū nihil reliquū
his amissis fecit, quod retineamus: magno labore
ea recupera omnia de nouo paranda sunt. ^bCenseo
ri. nā non mi igitur, uos debere stipendium cōferre,
nor est uir- non grauatim ipsos militare, neminem
tus, q̄ quere accusare priusq̄ debellatum sit, deinde
re, parua tu- ex rebus ipsis iudicium faciendum erit,
ri. ^b Addit benemeritis reddēda gratia, perfidi pu-
postremo su niendi. In præsentia uero auferte excu-
am sententiā. sationes uestras, in quibus singuli cul-
^c Id est: nisi pam in aliorum errata conferunt. Non
nos primi enim acerbē aliorum errata repræhen-
prouoce- denda sunt. ^c nisi ipsi prius nostrum offi-
mus alios tium faciamus. ^d Quā enim ob causam
recte faci existimatis duces nostros omissō hoc
ēdo argumē bello, potius captare occasiones com-
tū à signo. morandi in alijs locis? ^e siquidē pro du-
^e Duces ha- cibis ingenue dicendū est, id quod res
bebant iustā est. Nam in bello Macedonico premia
excusationē sunt uestra, capta Amphipoli, uos frui-
nam ciuitas
nō mittebat
eis stipēdia.

mini

mini redditibus, pericula uero sunt ducum propria, & stipēdia parce mittitis. Sed in alijs bellis periculi minus est, & præda est ducum & militū, direptis oppidis, aut spoliatis nauibus. Singuli autem malunt suæ utilitatī consulere. Sed uos in his publicis malis tantum accusatis duces; quando autem in iudicijs facta dicēdi potestate auditis, quibus impediti fuerint difficultatibus, has non emēdatis, sed inter uos rixamini, & alius alias causas commemorat publicorum malorum; cū interea omnes fateantur, grauiter afflictam reipublicam.

² Olim tributa conferebatis iuxta collegiorum descriptionem, nūc litigatis iuxta has classes: & habet quælibet pars suū ducem, uidelicet Oratorē, et huic adiunctū Imperatorē, & trecentos sui collegij stipulatores. Accedunt deinde studia ciuiū, partim huic, partim illi factiōi fauētū. At omissis factionib. & studijs ptiū,

oportebat

in casu necessitatis cōsuleretur, et ciues egeni nō grauerentur conferēdis tributis. Ita enim locupletiores non onerabantur, & cōsulebatur quoq; tenuioribus, cum tēpus & spaciū remunerādi eis pecuniā cōcederetur.

ciuitas diuisa erat i classes, et in una qualibet classe erant locupletes, & pars tenuiorum.

Iam igitur, quando inciderent calamitates, locupletes statim cōferre pecunias cogebantur, quæ deinde pro proportione à tenuioribus recipiebant. Idq; fiebat eo cōsilio, ut Reip.

44 DEMOSTH. OLYNTH. II.
oportebat unumquemq; liberum esse,
ut libere possit reipublicæ consulere: &
oportebat omnes pariter dicere senten-
tias, & obire munera. Sin autem distra-
cta ciuitate in uarias partes concede-
tis aliquibus, ut uelut Tyranni soli reg-
nent in reipublica; deinde alios cogetis
instruere naues, conferre, militare; po-
stea alijs permittitis, ut contra illos de-
creta faciant, ne conferant pecuniam
aut operam, nihil unquam rite fiet. Nā
illa pars quæ accepit iniuriam, non po-
test perpetuo tantos sumptus tolerare,
deinde uos ciues bene meritos male ple-
ctetis pro hostibus. Cēseo igitur in sum-
ma, omnes debere conferre pro modo
facultatum, militare omnes per uices,
omnes dicere sententias, ut optima eli-
gatur; non quomodo hic aut ille di-
xit. Hæc si feceritis, non solum in præ-
sentia laudabitis oratorē, sed etiam uo-
bis ipsis gratulabimini, postea republ.
restituta in meliorem statum.

Conclusio.

FINIS.

ARGUMENTVM OLYNTHIACAE

tertia, ex Libanio, per eruditum quendam.

Miserunt Olynthijs auxilium Athenienses. quo nō parum successisse illis uidebatur. qua re Athenis nūciata, gestientē gaudio populum, Oratores adhuc magis quasi ad pœnam de Philippo sumendam excitabant. Veritus ergo Demosthenes, ne ea sublati fiducia, uelut omnibus iam deuictis, iustoq; Olynthijs auxilio misso, cæterarum rerum nullam curam agerent: in concionem progressus, acriter ipsorum temeritatem increpat, ac ad modestiorem eos cautionem atq; consilium reuocat: non de eo, quo pacto multandus sit Philippus, sed de sociorum potius salute nunc ipsis disputandum esse contendens. Nouerat enim & Athenienses, & alios quosdam, magis ne sua negligenter, q̄ ut læderent hostem, curare. Hac autem oratione & consilium illud de facultatib. theoricis manifestius attingit: & instat solui leges, quę irrogant multã ijs, quicūq; eas ad usum militare esse conferendas rogant, quo quæ reip. sint optima consultare liceat. Adhortatur autem omnino, ut ad æmulationem sese maiorum erigant, ac ipsi militiã obeant. Acri autem increpatione utitur aduersus populū, dissolutum hætenus: & contra ciuitatis proceres, ut qui reipub. haud præsent recte.

Demosthenis

DE MOSTHENIS OLYNTHIACA Tertia.



*recte iudicis,
perinde ac
si quis apud
nos dicat
ad aliquem:
Nihil er-
ras, nisi
quod omni-
no nos ab-
ducis à Chri-
sto, &c.*

Non eadem sese mihi no-
scenda præbent, uiri Athe-
nienses, quoties ipsa nego-
tia intueor, & sermones
quos audio. Video enim
sermones hominū esse, de mulctando
Philippo: res uero ipsas eò tendere, ut
necesse sit uidere etiā atq; etiā, ut ne ipsi
prius mulctemur male. Nihil igitur, qui
amplectuntur famā istā, aliud mihi pec-
care uidentur: quod exhibent argu-
mentū uobis, nō quod sit nunc, sed de
quo adhuc consultandū sit. Ego uero,
quod urbi quondā licuit, et sua sibi ob-
tinere tutē, & mulctare Philippū, sanē
optime noui. Meo enim adhuc tēpore,
neq; olim, utraq; res ista accidit. Nunc
equidē persuasus sum, hoc satis esse, si
occupetis primo quoq; tempore, ut so-
cios tueamur. Nam hoc siquidem certo
fiat, tum & quo nā quispiam pacto mul-
ctare illū possit, dispicere licebit. Priusq;
uero recte principiū ieceritis, uanū ar-
bitror,

bitror, de fine qualemuncq; facere ser-
 monē. Præsens igitur occasio, uiri Athe-
 nienses, siquidem unq;, nunc maxime
 multo & studio & consilio opus habet.
 Ego uero, nō quid de præsētibus rebus
 oporteat cōsultare, difficilimū puto: sed
 istud uehementer anceps sum, quo pa-
 cto, uiri Athenienses, dicere de ipsis
 apud uos oporteat. Nā persuasus planē
 sum, quarū rerum & uidens & audiens
 conscius sum, plerasq; effugisse uos: dū
 nō uultis quod rectū est, quodq; oportet
 facere: nō qui id nō intelligatis. Ob-
 secro autem uos, si libere dicturus sim,
 æquo ut ferre animo uelitis: hoc cōside-
 rantes, an uera dicā: & per hoc, ut quæ
 sunt reliqua, fiāt rectius. Videtis enim,
 quod ex eo, quia pleriq; ad gratiam tan-
 tum concionantur in repub. ad extre-
 mum malorum res in præsentia uene-
 runt. Necessarium aut arbitror, paucis
admonere prius uos, eorum quæ facta
sunt. Meministis em̄, uiri Athenienses,
 cū nunciatū uobis esset, Philippū es-
 se in Thracia, tertio aut quarto abhinc
 anno,

Causam o-
 stēdit, qua-
 re nō succe-
 dāt res. ὅ
 καὶ ἔπειτα
 usurus, be-
 neuolētiam
 prius cap-
 tat, liberta-
 temq; excu-
 sat.

Exemplo
 neglectā es-
 se occasionē
 docet.



Temporis anno, et oppugnare Heræum præfidiū?
circūstantia Tunc igitur mensis quidē erat Mæmas-
ad An. v. 10. 11. tæterion. Multis uero sermonibus, & tu-
Ea enim multu apud uos habito, decreuistis qua-
ætas uirilis draginta tiremes demittere, & homines
est, & bello annorū quinq; & quadraginta ipsas cō-
maxime ido- scendere, & talēta sexaginta in publicū
nea. conferre. Deinceps uero transacto hoc
Vide Gazā anno, labitur Hecatōbæō, Metagitniō,
de Mēsibus. Boëdromion, hoc mense uix tandē post
 mysteria Charidemū misistis cum decē
 nauibus, ijsq; uacuis, & quinq; argenti
 talentis. Cum enim nunciatū esset, Phi-
 lippum nō bene ualere, & mortuū esse
 (allatum enim est utrunq;) non amplius
 ullam ferendi auxiliij occasionem putan-
 tes, dimisistis, ō uiri Athenienses, classis
 præfectū. Erat autē hæc tū occasio ipsa.
 Si enim tunc illic succurrissemus, quem
 admodum alacriter decreueramus, non
 esset nūc molestus nobis Philippus, tūc
Occasio præ- ualeitudini restitutus. Quæ igitur tunc
sens. acta sunt, non habent aliter. Nunc uero
 alterius belli occasio quædam adest, per
 quam & illorum uos admonere uolui,
 ut

ut ne idē qđ tum, uobis accidat. Quā igitur ad rem, uiri Atheniēses, utemur occasione ista: Nisi enim auxiliū tuleritis omni robore pro uiribus, uideritis quo pacto militaturi sitis nō pro ipsa urbe, sed Philippo. Habebāt uim quādā & Olynthij, et sic res eis erant cōpositæ, neq; Philippus eos contēnebat, neq; Philippum ipsi. Fecimus nos, & illi nobiscū pacē: erat hoc uelut obstaculū quoddā Philippo, ac molestū, urbem magnā cōcedere ad nos, suis tēporibus ab ipso alienatā, infensos reddere illos oportere Philippo putauimus omnibus modis: & qđ oēs iaciabāt hactenus, id ipsum actū iam est quomodo cūq;. Quid igitur sit reliquū, uiri Atheniēses, nisi ut auxiliemur fortiter & prōpte, ego certe nō uideo. Præter enim ignominiā, quę circumstaret nos, si harū rerū quicq; neglexerimus, neq; metum (uiri Atheniēses) paruū uideo, qui incūbit post hęc nobis: dum quod ita erga nos sint affecti Thebani, ut sunt: dumq; opibus desperant Phocēses, neq; quicq; præterea Philippo est obstaculo, presentē

d reru m

*Eleganter
membris &
incisis rem
facit atrocio
rem, magisq;
conspicuan*

*Haecenus e-
pitimesis se
quitur alte-
ra pars, quo
pactopossit.*

*Exordium
nouū de ab-
roganda le-
ge & pecu-
nijs, ad mili-
tiae usum cō-
ferendis.*

rerum statū perturbaturo, eò inquā res
inclinare uideo. Verū enim uero si quis
uestrū in hoc, quę opus est facto reijcit,
is uidere periculū propè cupit, quod ac-
cidisse procul audire possit: & auxilia
sibi quærere uult, cum ipse nunc possit
auxiliari alijs. Quod enim eò recident
res, si presentia negligamus, nimirū sci-
mus fermè omnes. Sed quod certe auxi-
lium ferre oporteat (dixerit aliquis)
omnes nouimus, & auxiliamur sanè: ue-
rū qui id debeat fieri, istuc uero dicito.
Nec igitur Viri Athenienses, miremini,
si quid dixerō inopinatum plerisq;. Le-
gislatōres constituite, in hos uero ne le-
gem ponatis ullā. sunt enim uobis mul-
tæ. Verum eas quę in presens uobis no-
cent, soluite. Dico autē manifeste sic, eas
quæ sunt de Theoricis, & de militanti-
bus quasdam, quarum aliæ stipendia
quidem conferunt ijs qui domi desidēt,
& theorica administrant; aliæ uero, ho-
mines dissolutos & absq; ullo ordine in
republica uersantes, constituunt immu-
nes; demum et eos, qui quod est rectum
facere

facere cupiunt, abiectiores reddūt. Hęc
 ubi solueritis, & uiam optime uobis cō
 sulendi feceritis tutam, tum quærite eū
 qui roget, quæ nostis omnes conferre
 reipub. Antea uero q̄ hæc faciatis, non
 est cur quenq̄ expectetis, qui pro uobis
 optima cōsulens, perire à uobis uelit, nō
 enim inuenietis, presertim cū & hoc so- ^{παρρησία,}
 lū reliquū futurū sit, ut is qui roget & fe- ^{quam paulo}
 rat, super eo q̄ iniuste patiat̄ aliquod ma- ^{ante excusa}
 lū, nihil rebus ut cōmodet: sed & in po- ^{uit.}
 sterū magis, q̄ nunc, rectissime cōsulere
 reipub. reddat formidabilius, minus q̄
 liberum. Et sanè leges istas ut soluant,
 Viri Athenienses, rogare oportet illos ^{Legū urgē-}
 ipsos, qui posuerunt. Nō enim est equū ^{te necessita}
 illis quidem qui tū leges posuerunt, esse ^{te soluenda-}
 gratiā, quę omnē lesit rempublicā: odiū ^{rum formu}
 aut & offensā, quibus rectius in repub. ^{la.}
 uersaremur omnes, fieri mulctam &
 pœnam ei, qui rectissime consulat. Sed
 priusq̄ hæc constituatis, nullo pacto (ui-
 ri Athenienses) quenquā inter uos tan-
 tum esse existimate, ut si transgrediatur
 leges has, non det pœnam: nec quenq̄

d 2 tam



tam amentem, qui in presens incommodum sese coniiciat. Quanquam neque illud ignorare uos oportet, uiri Athenienses, quod nullum decretum alicuius est precij, nisi accedat, & efficere uos uelle quæ decreta sint. Siquid enim per sese decreta sufficiant, & cogere uos possent quæ æquum est facere, aut quibus de rebus statuunt conficere, nunquam fecissetis uos (qui tam multa decernitis) tam pauca, imò uero nihil horum: neque insultasset Philippus tanto iam tempore. dudum enim dedisset poenam ille, uel propter ista tot decreta uestra. Verum haud ita habent istæc. Nam facere, ipso dicere & suffragari posterius cū sit ordine temporis, potestate quidem & ui prius est atque præstantius. Hoc igitur adesse oportet, cætera uero existere. Etenim dicere quæ decet, apud uos sunt (uiri Athenienses) qui præclare possunt: & discernere, quæ in concionibus dicta sunt, omnium uos estis acutissimi: sed & efficere poteritis nunc, si quidem recte feceritis. Quod enim tempus, aut quam
 occasi

Populū allo
 quitur.

occasionem, uiri Athenienses, quæritis
 præsentem hac meliorem? aut quâdo un-
 quam quæ oportet facietis, nisi nunc? an
 non omnes uestras regiones occupauit
 iam ille? Quod si & huius dominus re-
 gionis fiet, omniũ turpissima feremus.
 Nonne quos promisimus tueri alacri-
 ter, si bellum ille inferret, n̄dem illi nunc
 bello præmuntur? non est ille hostis? non
 uestra ille habet? non Barbarus? an non,
 quicquid tandem uocare aliquis possit?
 Atqui per Deos, hæc omnia negligentes,
 & tantum non copias illi nostras iun-
 gentes, rerum tam male gestarum qui-
 nam autores sint quæremus? Neque enim
 unquam nosmetipsos accusabimus, ue-
 lut malorum autores, satis istuc equidẽ
 noui. Neque enim eorum quisquam, qui
 in belli discriminibus fugiunt, seipsum
 accusat: sed accusat etiam ducẽ, & pro-
 ximum, adeo quæ omnes potius quàm se
 se succubuerunt tamen omnium fortas-
 se culpa, qui fugerunt, manere enim li-
 cuisset ei, qui accusat alios. hoc uero si
 quisque fecisset, uicissent utique. Et nunc,

*Crebra in
 terrogatio
 ne, uelut a
 culco urget
 ac p̄git po-
 pulum.*

*Digressio
 ad Theori-
 ca monet
 aut sinendas
 tandem con-
 tentiones i-
 stas. quibus
 alter alterũ
 subinde ac-
 cusabant, ac
 ipsi potius
 rei incuben-
 dum, cau-
 dosque eos, q̄
 ad gratiã di-
 cūt omnia.*

d 3 si

ἀγαθὸν ἴσχυ.

Obiectiões
diluit.

si quis dicit non optima, surgens alius
dicat ipse, neque accuset illum. dicit alius
quispiam meliora, facite istaec, bona fortu-
na. Atqui non sunt haec suauia. Hoc qui
dicit, certe dicit non male, fateor: sed hoc
omittit, non id sit uoto precandum ciuibus.
Equidem precari, uiri Athenienses, facile in
unum quaecumque quis uelit colligentem,
momento licet: capere autem & potiri, qua-
do de rebus consultandum sit, non perin-
de promptum ac facile est: sed oportet op-
tima pro suauibus, si non liceat utraque, ac-
cipere. Si quis uero uobis possit Theori-
ca illa libera permittere, et militares sum-
ptus ostendere alios, nonne ille (posset
aliquis obijcere) melior sit consultor? Fa-
teor sane ego quoque, siquidem est aliquis
modo, uiri Athenienum. Sed miror, an cui-
unquam hominum aut licuit, aut licebit, si que
nunc habet consumpserit ad quae non
oportet, recte quod oportet his quae non
habet uti. Verum, arbitror, istorum rationi-
bus magnum momentum accedit, sin-
gularum uoluntas, quapropter facillimum
est omnium, decipere sese. Quod enim
quisque

OLYNTH. SECUNDA.

quisque uult, id ipsum etiam faciendum esse
 censet: atqui res ipsae habent saepe aliter.
 • Considerate igitur, (uiri Athenienses)
 haec ita, quemadmodum res ipsae ferunt:
 & tum exire poteritis, & premium inde
 percipietis. Equidem non prudentum,
 neque generosorum est hominum, quicquam
 praetermittentes quod ad bellum attineat,
 propter opum penuriam, facile ferre ta-
 les contumelias: neque contra Corinthios
 quidem & Megarenses correptis armis
 proficisci, Philippum aut sinere Graeciae ur-
 bes mancipare, propter defectum sum-
 ptuum militantibus. Et haec uolui dicere
 obiter, non qui sim infensus uobis. Neque
 enim adeo sum imprudens aut infelix,
 ut cupiam esse inuisus, cum nihil inde
 emolumenti uideam. Sed boni ciuis esse
 iudico, salutem reip. pro gratia, quam
 aucupatur quidam dicendo, sequi. Ete-
 nim eos, qui iam olim patrum uestrorum
 tempore in concionibus sententiam di-
 cebant, audio, quemadmodum fortasse &
 uos ipsi (quod qui nunc uiuunt, laudant
 omnes, imitantur aut non admodum)

Ab exemplo
 maiorum
 ἐπιμίμῃσις.

Elegans an-
 titheſis.

Deprecati-
 uncula παρ-
 ἡνοσίχμη lenit.



his in oribus, & hac concionandi, & in
 repub. uersandi cōsuetudine ufos esse:
 Aristidam inq̄, Niciam, cognominem
 mihi Demosthenem, Periclem. Ex quo
 tempore aut̄ prodierūt, qui interrogant
 uos, Rhetores quid uultis? quid feram?
 qua in re gratum uobis faciam? absor-
 ptæ sunt res urbis uestræ protinus: pro-
 pter istam, qua continuo frui uultis, uo-
 luptatem & gratiam. Et talia certe acci-
 derunt, atq̄ illorum interim res omnes
 commode habent, uestræ uero turpiter.
 Equidem expendite, uiri Athenienses,
 quæ quis capita cōmemorare possit, re-
 rum à uestris maioribus gestarum, & ea-
 rum quæ gestæ sunt à uobis. Erit autem
 breuis, et nota uobis narratio, neq̄ enim
 peregrinis uobis utentibus exemplis,
 uiri Athenienses, uerum domesticis, esse
 felicibus licet. Illi igitur, quibus non ita
 adulabantur oratores, neq̄ ita palpabāt,
 quemadmodum nunc illi uos, quinq̄ &
 quadraginta annis græcis imperarunt
 uolentibus plura autē quam decem mi-
 lia talenta in arcem accumularunt. sub-
 ditus

*Exordiolo
 uelut nouo
 attentos ac
 beneuolos
 reddit &
 quia dome-
 sticis exem-
 plis utitur
 excusat.*

ditus autem erat ipsis etiam, qui hanc tū
regionē habebat, rex quemadmodū par
est, barbarum Græcis, multa autē consti
tuerunt & præclara trophæa, terra pari
ter & mari, cum militarent ipsi. soli uero
hominum, maiorē inuidia post se rerum
gestarum gloriam reliquerunt. In rebus
igitur Græcorū erant tales. Cæterum in
Reip. negotiis, uidete quales & publice
se gesserint, & priuatim. Nā publice cer
te ædificia, & talem quandam elegantia *Plutarchus*
ac tantam pararunt urbi, templorum ui
delicet, & in iisdem monumentorum,
ut nulli posterorū excellendi sit relictus
locus. At priuatim ita modesti erant, tan
taq; diligētia in Reip. forma & proprie
tate conseruanda permanentes, ut Aristi
dis, Miltiadis, & aliorū qui tum excelle
bant in Rep. domum, si quis modo no
uit uestrū quænam quondam fuerit,
uideat uicini domo nihilo esse magnifi
centiorem. non enim quo facultates sibi
quærerent, in Repub. uersabantur: sed
Remp. curare se uniusquisq; debere pu
tabat. Ex eo autem quod cōmunes Græ
d 5 corum

Altera digressionis, siue cōparatiōnis pars.

Amplificatio.

corum res fideliter, diuinas autem pie, priuatas uero æqualiter administrabāt, magnā non immeritò cōsecuti sunt felicitatē. Equidē tunc eo sese pacto res habebāt, cū talibus uterent, qualibus dixi, summæ rerū præfectis. Nūc autē quo pacto uobis, à bonis istis uiris qui nūc sunt, res habent? num similiter, aut nō multo aliter? Et alia quidē tacebo, cū multa dicere possem. Verū quāta sitis capti rerū desolatione, uidetis oēs: cum nulli iam sint Spartani, qui de principatu uobiscū contendāt; Thebani uero nō quiescant; aliorū autē nullus existat, q̄ se digne de principatu uobis opponat. Cū liceret autē nobis & nostra possidere tutò, & iustitiā administrare cæteris, destituti sumus regione nostra: plura autē quàm mille & quingentā talenta insumpsimus, absq; omni fructu & cōmodo. quos autē habebamus in bello socios, dum adhuc pax esset, amissimus; hostem uero paruimus aduersum nos ipsos tātum. Aut procedēs dicat mihi aliquis, undē nam aliunde potens factus est, quàm à nobis
ipsis

ipsis Philippus? Sed heus tu, si hæc ma-
 le habent, quæ in ipsa sunt urbe, nunc
 ne habent melius? Et quid obsecro, di-
 cat mihi aliquis? num pinnas propu-
 gnaculorum, quas dealbauimus? & Huc facit
 uias, quas de integro strauimus? & fon Spartani di-
 tes & aquæductus? Respícite sanè in etū in Athe-
 eos, quibus id solum in urbe studiū est: niē. patriæ
 quorum alij quidem ex mendicis facti muros ostē-
 sunt diuites, alij ex obscuris summo iam tantē: Si mu-
 loco constituti: nonnulli suas ædes pu- lieribus, in-
 blicis ædificijs magis augustas magnifi quit, istos cō-
 casq; pararunt: quanto uero publicæ ur parastis, re-
 bis res minores sunt factæ, tanto illorū etē sanè: si ui-
 res creuerunt. At quænam horū omni- risturpiter.
 um est causa? Et qui adeò tandem iam Valer. lib. 3.
 olim omnia ita habebant rectē, nūc ue- cap. 7.
 ro non item? Quia primum quidē, cum
 adhuc obire militiam auderet populus
 ipse, eorum qui in repub. uersabant po- Δεατότις.
 tens erat, & dominus ipse honorū om- κύειθ.
 nium: boniq; consulebatur, à plebe cæ-
 teros accipere & honorē & imperium,
 & quocunq; tandem bono potiri. Nūc
 autem fit contrarium: domini enim bo-
 norū

norum sunt magistratus ipsi, & per hos fiunt omnia. Vos autem populus ocio & desidia eneruati, & destituti opibus sociorum, seruitij loco, & subditi facti estis; contenti, si communicent, unde liceat spectare uobis, aut bucculas mittant illi: & quod omnium est absurdissimū, pro uestris ipsorum bonis gratiam ipsis habetis, illi uero in ipsa uos incudentes urbe, cogunt ad omnia, & lactant, dum uos sibi tractabiles reddant. Nunquā aut arbitror licet, magnum tandem & excelsum animum induere, paruia & turpia facientes. Nam qualiacunquē sunt hominum studia, talem necesse est etiam habere animum. Hæc cum dico ego, nihil miror per Cererem, si infligatur à uobis damnū maius, quā his qui fecerūt, ut hæc ita fierēt. Nequē em̄ libere de omnib. apud uos semper dicit̄. Verū ego sanē, id quod etiā nunc factū est miror. Si igit̄ etiamnum, missis ignauis istis moribus, & militare uolueritis, & quæ uos ipsos decent facere, & facultatibus istis, quas habetis domi positas, uelut occasione
usi

usi fueritis ad ea quæ foris sunt occupan-
 da: forsan forsan, uiri Athenienses, perfe-
 cto aliquo bono potiri & magno licebit:
 & ab id genus numeribus publicis libe-
 rabimini, quæ uictui, qui à medicis præ-
 betur languentibus, simillima sunt, et-
 enim neque robur conferunt, nec sinunt ali-
 quem mori. Et ea quæ inter uos iam di-
 stribuitis, neque tanta sunt, ut usum habeant
 aliquem sufficientem: neque cum despere-
 tis, facere aliud quippiam sinunt: sed
 sunt ea, quæ cuiusque uestrum alunt au-
 gentque socordiam. Igitur tu stipendium
 ais: dicat aliquis. Et Protinus quidē aio,
 eandē omnium conditionē, uel munerum
 distributionem, uiri Athenienses, nempe
 ut quicumque Reipublice partē aliquā acci-
 pit, si qua urbs indigeat, in ea prompte
 usui se Reipublice expositum præbeat. Atque
 licet mihi quietem agere? Domi manēs
 melior es, quia liber, faciendi scilicet turpe
 aliquid nec essario propter inopiā. Acci-
 dit autem aliquid tale, quale nunc? me-
 lior nempe es, si ipse milites, pro hisdem
 illis muneribus, quemadmodum est
 æquum

Obiectio.

Ad istum in
 repub. τὰ ξίη
 deinceps
 hortatur.

equum pro patria. Est uero uestrum ali-
 quis extra ætatem illam militiæ aptam,
 quæcunq; is extra ordinem nunc acci-
 pit, non cõmodans reip. ea ita accipiat,
 ut æque oĩa reip. onera sustineat cū cæ-
 teris. Urbẽ igitur iã redegi in ordinẽ, su-
 blata illa cõditionũ ac statuũ cõfusione,
 inspectisq; omnibus ac dispositis quæ
 fieri oportet: prorsus aut nihil auferens,
 neq; apponẽs, præter pauca: eundẽ ordi-
 nẽ cõstituẽs, & accipiẽdi, & militandi,
 & iudicãdi, & faciẽdi id qd pro sua q;scq;
 ætate & conditione potest, & cuius sese
 offert occasio. nec est cur ego dixisse ali-
 cui uidear, qd oporteat distribuere ijs q;
 nihil agũt, ea quæ agentib. distribuenda
 sunt: neq; ipsos ociari, & uacare, ac hæsi-
 tare. Quod uero nescio q; peregrini mili-
 tes uicerint, ea auditis. hæc enĩ fiũt nũc:
 neq; ego reprehẽdo, q; cunq; p uobis ali-
 quid fecerit, qd oporteat, sed hortor ea-
 dẽ facere uos pro uobis ipsis, ppter quæ
 alios honorãdos uobis esse ducitis: neq;
 discedere ab ea institutione uirtutis, uiri
 Atheniens. quam uobis maiores multis
 &

ARGUMENTVM
& præclaris periculis partam reliquerunt.
Dixi ferè quæ cõductura arbitror. Vos
uero deligite, quodcuncq; & urbi & uo-
bis omnibus profuturum sit.

ARGUMENTVM PHILIPPICAE
*primæ ex Libanio, per eruditum
quen dam.*

CUm bello contra Philippum Athenienses
male iactarentur, in concionem congrega-
tis, atq; animum despondentibus, Orator
mœrorem sedare studet, nihil mirum esse dictitãs,
quod ignaui ac desides uicti sint, & quo pacto op-
time bellũ administrarent exponit. Iubet aut copias
instruere, alteras quidem urbanas maiores, quæ
domi manẽtes ad necessarios rerum incidentium
usus in procinctu sint: alteras autem minores, ex
milite mercenario, sed ciuib. mixto. eas uero neq;
manere domi, neq; ex urbe regioni succurrere iu-
bet: sed in Macedoniã cõuerti, ac sedulo illic bel-
lo incũbere: ne fortè Etesiarũ flatus, aut hyemem
(quo tempore Atheniens. petere Macedoniã non
licuerit) obseruans Philippus, reb. incum-
bat, eorumq; absentia rerum omniũ
potiatur. Verum obiectus illi ex
ercitus agat non procul,
sed cõtra ipsum Ma-
cedoniam in-
festet.

DEMOSTHENIS

PHILIPPICA PRIMA.

*Exordium
ab excusati
one cur pri-
mus dicat.*



*Propositio
cum atten-
tione.*

In noua aliqua res proposita
esset de qua cōsultaremus,
non equidē præripuissem
alijs dicendi locū, sed conti-
nuissem me dū plurimi co-
ram qui dicere hic solēt cōcionati essent,
quorū si placuissent sententię tacitus & ip-
se probassem, sin aut displicuissent cona-
tus essem & ipse ostendere quid sentire.
Verum cum hac de re antea sæpe dixe-
rint alijs, de qua nūc quoq; deliberare in-
stituimus, spero me ueniam facile impe-
traturum esse quod primus surgo. Nam
si antea utiliter cōsuluissent, nihil attine-
ret eadem de re iterum referre. Primum
itaq; neutiq; nos usq; adeo fractis ani-
mis esse decet propter presentem rerum
statū, tametsi magna clades accepta sit,
quamq; enim antea nihil tristius accide-
rit, tamē in posterum perquam utile do-
cumentum hic casus fuerit. quamobrē
nam id infortuniū nostra ignauia acce-
ptū est. quod si nulla nostra culpa acci-
disset

disset, ne spes quidem reliqua esset cor-
 rigendi negotia. Iam expendite quæso:
 meminerunt enim, quam nihil præter dig-
 nitatem urbis factum sit à uobis, cum ma-
 ximæ Lacedæmoniorum uires paulo an-
 te essent, sed perdurastis dum bellum ad-
 uersus eos iure susceptum conficeretur.
 Hæc autem ideo dico, ut exemplis com-
 moniti cernatis, quod neque aduigilanti-
 bus tristius aliquid formidandum sit, neque
 speranda ignauis uictoria. Nam & Lacedæ-
 monios quamquam ualidissimi essent, su-
 perastis, cum in rem serio incumberetis:
 & à Philippo nunc propter incuriam
 male accepti estis. Si quis autem existimet
 periculosum esse, inferre bellum Philip-
 po, primum propter magnas eius uires,
 deinde quia urbi plurima oppida adem-
 pta sunt, is recte iudicat. Verum contra ex-
 pendat, quod & antea in nostra potesta-
 te Pydna, Potidea, Methiõe, & hæc tota
 regio fuerit, & pleræque gentes, quas is-
 sã tenet, cum liberi essent, ac suis uterentur
 legibus, nostrarum partium esse male-
 bant quam illius. Porro si Philippus tunc
 e passus

*Veteris uir-
 tutis memo-
 riã reuocat*

Occupatio.

Inuersio.

passus esset se absterri, quo minus bellum inferret, cum & tantis praesidijs nos uallati essemus, & ipse nullos socios haberet, neutiq; tantas res gessisset, aut tantas sibi uires parasset. Sed uidebat ille, haec praesidia esse belli premia proposita. Natura autem ita comparatum est, ut absentium res intercipient hi, qui praesto adsunt, & sedulis ac periclitantibus concedant cessatores. Quod cum in animum induxisset Philippus, partim redegit in suam potestatem, partim adiunxit sibi socios, & ex alienis amicos effecit. Putat enim tutum esse cum his coniungi, qui aduigilant, & strenue rem gerunt. Proinde si tandem expergisci uolueritis, postquam haecenus cessatum est, & illa in animo institueritis, suisq; copiam Reipub. quisq; pro uiribus fecerit nihil contando, & pecuniam contulerint hi quorum sunt facultates, & militauerint hi qui pro aetate debent: breuiter, si uestri esse uolueritis, nec expectauerit quisq; dum se ocioso uicinus suum negotium curet: Ita demum licebit & ijs quae adhuc
in

Honesto argumentum munit.

Conclusio.

in nostra potestate sunt tuto frui, & recuperare ea quę per negligentiam amissa sunt, & illum probe multari. Neq̄ em̄ est quod existimetis, eius opes tanq̄ deorū firmas esse & immobiles: uerum odere, metuunt, & inuident permulsi, adeoq̄ hī qui ei perquam amici uidentur. Et quibuscunq̄ casibus obnoxium est uniuersum mortalium genus, ijs est ille expositus. Verū nūc mussant omnes, cum propter uestram contationem & ignauiam excutere iugum non possint. Itaq̄ hanc omnino corrigendam esse statuo. **N**idetis enim, quō pro cacitatis homo processerit, qui ne relinquat quidem nobis facultatem delibrandi, utrum bellum geramus, an bellum malimus. Sed minatur, & superbis uocibus prouocat nec potest conquiescere, contentus ijs, quę iam adiecit regno suo: sed subinde pergit, constantes nos & cessantes, tanq̄ retibus & sepe circumuallare. Quando igitur capessetis Rempub? cum aliquid acciderit, uidelicet: cum necessitas coget?

Oderunt,
quos metuunt.

e 2 Porro

Porro, quid sentitis de præsentis statu rerum? Ego certe liberos nulla perinde necessitate, atque dedecore commoueri debere sentio. An non prodigij (siquidem noua percontare libet) simile est, & turpissimum, hominem Macedonem aude re nobis bellum inferre, & in Græcia dominari? Cedo, extinctus est Philippus? non: uerum grauius decumbit? quid refert? nam ut is maxime pereat, alius Philippus nascetur uobis, nisi aduigila ueritis. nam ille uestra magis ignauia, quam suo Marte creuit. Iam siquid ille detrimenti ceperit, & fortuna nobis propicia respexerit nos (nam illi magis curæ sunt res nostræ, quam nobis ipsis) permultum retulerit, nos cum exercitu accedere, nouo statu rerum ad illius fines, facile enim ex sententia conficietis, si ita feceritis. Verum ut nunc instructi estis, Amphipolim recipere, ne quidem si offerat occasio, poteritis: cum dubitatis, & tamdiu contamini, in apparatu rei. Nolo autem uos longiore oratione hortari, ut rite rem geratis, & pro se quisque suum

suum officium sedulo faciatis. uide mini
 enim ad hoc induxisse animum. Restat
 ut modum indicemus, quo nos pare-
 mus, & ex his malis euoluamur. Præ-
 terea, unde copiae reficiendæ sint, unde
 pecunia conflanda, & cetera quomodo
 mature apparentur. Precor autem, ut iu-
 dicium differatis, dum omnia cognoue-
 ritis: nec priusquàm par est, de oratione mea
 statuatis. Neque uero putate, cum audie-
 tis noui apparatus fieri mentionē, mo-
 ram aliquam afferre publicæ utilitati.
 Non enim utiliter consulunt, qui tan-
 tum festinantia rationem habent. nam
 quæ acciderunt, ne potuissemus quidē
 his uiribus prohibere. Magis eorum
 consiliū probo, qui rationē ineunt eius-
 modi apparatus, qui durare in posterū
 possit, donec aut pax cū hoste cōuene-
 rit, aut hostis profligatus fuerit. Quod si
 hoc mō prospexerimus nobis, nō ueni-
 et in posterū in tale discrimen resp. Iam
 hæc ita propono, ut alijs quoque faciam
 potestatem suadendi ciuitati, ea quæ uis-
 debuntur esse repub. esse. Magna equi-

*Secunda ora-
 tionis pars.*

e 3 dem

DEMOSTHENIS

dem polliceri uideor: sed ex re ipsa potestis statuere de meo consilio, uos iudices eritis. Primum itaque quinquaginta triremes armandæ sunt, deinde sic oportet nos affectos esse, ut si poposcerit necessitas, nauigare ac militare nos ipsos non pigeat. Præterea iubeo, triremes ac nauigia, quotquot usus requireret, pro equitibus comparare. Et has copias instructas tantum in statione esse oportet, aduersus illius subitas incursiones, in Pylas, in Cherronesum, ad Olynthum, aut quocumque irruptionem fecerit. Nam in hanc opinionem de nobis adducendus est, quod ex hac quamuis magna incuria, tamen expergisci uideamini, & occursuri, uelut olim, cum in Eubœam, in Aliarthum, nuper in Pylas irrupturum repressistis. Iam ut maxime non fuerit imposita necessitas uobis occurrere Philippo (tametsi prospiciam, hoc plane necessarium fore:) tamen profuerit uos instructos esse, ut aut cum rescierit, metu uestri contineatur, ne bellum moueat. Sunt enim, sunt plures quam satis est, qui

PHILIPPICA PRIMA.

53

qui illi omnia hinc renunciant. Aut si
 contempserit nostrum apparatus, op-
 primamus eum imparatum, cū nihil im-
 pediat, per opportunitatē in eius regio-
 nem nauigare. Hæc itaq; sentio, & de-
 cerni et cōparari debere. Præterea exer-
 citum scribēdum esse duco, qui assiduo
 sit in armis, & populetur Philippi ditio-
 nem. Nemo mihi legionē illam condu-
 ctitiam nominet. ciues militare debere
 statuo, eosq; ducem sequi, & impera-
 ta facere, quēcunq; tandem legeritis. iu-
 beo etiam illis cōmeatum suppeditare.
 dicam autem ordinem, & quantas copi-
 as esse oporteat, & unde cōmeatus sit
 parandus. Primum de mercenario mili-
 te, neq; uero id feceritis, quod toties iam
 uos grauer afflixit, ut periculū contem-
 natis; & cum in decernendo atrocissima
 comminati sitis, ne extremis quidem
 digitis rem attingatis. Sed primum leui-
 ora maturate: deinde si quid restat, pera-
 gite fabulam, & maiora tum facite tum
 suppeditate. Statuo itaq; duo milia de-
 bere contrahi: sed in his ciues sint quin-
 gen

genti, delecti ex flore iuuentutis, militentque certum tempus, non quidem longius illud, sed aliquanto breuius, ut uidebitur commodum: succedantque alij alijs, reliqui sint conductitij. Aptentur his ducenti equites, & in his, ut minimum, quinquaginta ciues militent, & his copijs, naues comparent, item decem triremes. nam cum Philippus classe instructus sit, nobis etiam nauibus opus est, ut exercitus tuto nauigare possit. Bellum gerendum est ita, ut excursionibus praedam ex illius agro agamus. Proinde praesidium nec maius contrahere licet, quam quod alere possimus: nec infirmius etiam iusto. Ciues autem unam nauigare debere decreui, nam & antea accepi, uestros coniunctos cum conductitij copijs praecclaras res gessisse, & Lacedaemonios uicisse. e contra cum solis conductitij rempub. committimus, illi atrociniu exercet in socios & amicos. Interea perfidia nostri exercitus auget hostiu uires: ipse animaduerso periculo quod urbi impendet, ad Artabazum aut
 aliò

Ratio con-
 silij.

PHILIPPICA PRIMA.

aliò se subducit. Sequitur dux: nec enim sine stipendio cōtinere eos in officio potest. Proinde consulo, ut liberaliter colato stipendio obligetis uobis & duces & milites: & addatis ciues, qui uelut arbitri intersint omnibus quæ gerunt. Est enim perquàm ridicula nostra ratio gerēde reipub. si quis enim interroget, pax uobis an bellum cum hoste sit? bellum dicetis, opinor. Nōne electi sunt tribuni militares, duces, magistri equitum? quid agitant præter unum reliqui omnes? ostentant se, curatis sumptibus sacrorum in pompa cum sacerdotibus, planeq; uidebimini in hoc duces eligere, ut spectādos se prebeant in pompa, perinde atq; figuli statuas faciunt quæ ibi circumferant. Neq; enim tribuni uestri aut magistri equitum, urbani magistratus sunt, ubi urbanæ copię sunt. Sed in Lemnum nauigare oportuit magistrum equitum, & Menelaum ducere copias, quæ foris Remp. tuentur. Neq; uero homines laudendi causa hæc dico, oportebat enim aliquē à uobis quisquis tandē esset, deligi.

e 5 Sed

Sed hæc fortasse probabitis, ac ostendi
 uultis, unde cōflanda sit stipēdiaria pe-
 cunia, hoc etiam exequar. Pecunia pro
 annona danda est: ad eam rem opus est
 nonaginta talentis, aut aliquāto plus, in
 decem ueloces naues quadraginta talē-
 ta collocanda sunt, uicenæ in singulas
 naues minæ per singulos menses. Item
 quadraginta talenta, duobus millibus
 peditum, ut singuli pro annona denas
 drachmas singulis mensibus accipiant,
 ducentis equitibus curanda sunt duo-
 decim talenta, si singulis menstruum sti-
 pendium tricenæ drachmæ constituan-
 tur. Si quis uero arbitratur hanc anno-
 nam angustiolem esse, quàm postulet
 necessitas, is ualde fallitur. nam mihi cō-
 pertum est, si hæc ita constitueritis, futu-
 rum, ut cætera exercitus sibi ipse paret,
 prædādo, nō è socijs aut Græcis. qua in
 re, si quid uidetur periculi, haud graua-
 tim unā nauigaturus sum, & discrimen
 (si quod est) subiturus. Vnde igitur cō-
 flanda hæc pecunia est? Hoc ego ferè
 in hac re cōperi, in decernendo primū
 ita

PHILIPPICA PRIMA.

Ita statuite, ne solis decretis & epistolis cum Philippo bellum geramus, sed manu ac re ipsa. Sentio autem, debere locum aliquem eligi, & certam regionem, ubi tanquam in statione nostrae copiae sint. Nam Philippus per occasionem cum uenti secundi sunt, ad nos procurrit: & captatis Etesijs tum ad nos classem adducit, cum nos occurrere uenti non sinunt. Proinde locum aliquem deligite, ne obiter contrahendus sit exercitus, & armatus, accepto iam damno. Ita enim fit, ut undique frustremur, sed opus est perpetuo & certo praesidio hybernare in Lemno, Chasso, & Schyarro, et alijs eodem in loco insulis, ubi & portus sunt, et frumenta, & caetera suppetunt, quae sunt usus militum. Anni tempestates & secundos uentos, et omnia quibus opus erit, prouidebit Imperator. Quae autem a uobis praestari oportet, ea sunt quae ante proposui. Si enim pecuniam contuleritis, de qua dixi, & caetera comparaueritis, milites, naues, equites, si integras copias decreto coegeritis, augendi bellum, si pecuniam uos dispensa-

endon e 7 bitis

DEMOSTHENIS

bitis, rationemque exegeritis rerum gestarum ab Imperatoribus, tandem conficietur res. Accedit hoc etiam commodi, quod intercipientis Philippi pecuniam, qui de nostro sumptus belli sustentat. Præterea etiam uos domi in tuto eritis, nec licebit in Lænum incursione facta, ciues inde uestros abducere. magnam uim pecuniæ ad Cerastum exegit, interceptis nauibus: transijt & in Marathona, & sacrâ nauem inde auexit, idque ne poteratis quidem prohibere, nec tempestiue occurrere. Nunquam committimus, ut non suis temporibus quinquennialia & bacchanalia fiant, siue opulentos siue tenues præfecti ludorum sorte creati fuerint. Et in id effunditis tantam pecuniam, quanta nunquam in classem ullam collocatur: estque tantus apparatus, quantus uix usquam in ulla ciuitate. At in classe necessaria etiam desiderantur, neque illa in tempore instruitur. Qui fit hoc? quia ratio faciendorum ludorum diligentiss. descripta est legibus, belli gerendi rationem nullam prorsus certam nobis

nobis præscribimus. Non antea consti-
tuuntur trierarchi, quàm hostilia nunci-
antur, tum primum de sumptibus pro-
spicitur, & de stipendio delectus habe-
tur peregrinorum, pro delectis aliij sup-
ponuntur. Postremo dum cont amur, oc-
casio rei gerendæ amissa est. Tempus
opportunum gerendi belli in apparatu
constituitur: & nostram contationem
occasio non expectat: & præsidium no-
strum, quod interea in armis est, non est
in hostium copijs, sed per occasionem
opprimitur. hostis ipse eò processit su-
perbiæ, ut in Eubœam tales literas mise-
rit.

Προτρέπτικον.

PLeracq; in his literis uere scripsit, tã
etsi acerba sint, uerum ita feram ad
gratiam concionantem, si res patiantur
aliquid prætermitti, quod offendat au-
res. at si assentatio benignius pollice-
t, quàm res ferunt, perniciofa est. Turpe est
sefe fallere, & dum procrastinantes o-
mnia quæ paululũ modo molesta sunt
circumuenimur, admoneri nolle quod
oporteat

oporteat bellum gerentes, non fugientem occasionem sequi, sed captare, atque oblatam excipere. Et sicut in acie ducē, ita nos in consilijs prouidere omnia conuenit, ut ea quæ industria summa delegerunt agant, non expectent casum. Et cum tantę sint uires uestrę, hæctenus his nunquā in loco usi estis, nulli urbium secundi estis. uerum hoc bellum administratis non aliter, atque barbari pugiles decertant, nam hi ubi plagā acceperint, ibi manum admouent; interea si feriantur in altera mala, post ictum illō manus transferunt: anteuertere aut siue prospicere nec possunt, nec norunt. Ita uos, cum fama in Cherroneso Philippum esse affert, illō transitis: si in Pylis, eō tenditis: si alibi, unā sursum ac deorsum cursitatis, eumque perinde ac ducē sequimini: neque unquam consilium capitis, nisi tanquam in media arena. Antea fortasse nobis hæc uitia condonari poterant: nunc in extremum discrimen, & ipsam aciem res adducta est, ubi ignosci peccato nō potest. Ego Deū aliquem pudere urbis existimo, qui Philippo adeo exēmulandum

dum duxerit, nam si cōtēnus illa acces-
sione quam fecit, reciperet se in otium,
nec pergeret nobis bellū facere, pleriq;
uestrum hactenus cum Repub. bene
actum ducerent, cum tamen summo de
decore affecta sit. At cum subinde ma-
iora Philippus moliatur, tandem prouo-
cabit nos, nisi planē spem omnem de
Repub. abiiecistis. Non expenditis, in-
itio gestum esse bellum, ut de Philippo
pœnam sumeremus? nunc eò redit
res, ut ægre salutem nostram defendā-
mus. Neq; uero ille desistet, nisi uī repri-
matur. Interea pulchre uobis pollicemī
ni de repub. missis aliquot uacuis nauī-
bus, & spe quadā ostētata à duce. Quin
ipsi militamus, et partem ciuiliū copia-
rum mittimus? Dicat aliquis: at quis no-
bis portus ibi patet? bellum ostendet pa-
rū fidas Macedonis res, modo cōemur
aliquid. Dum domi sedemus, & rixa-
mur inter nos, nihil poterit confici, at
ubi missa instructaq; , etiam si non om-
nis, urbana classis fuerit, ibi deorum be-
neuolentia & fortuna conatus nostros
prouehet. Emittere uero etiam
Ducem

Ducem cum uacua classe, & concionibus benigne pollicentibus, nihil profuerit. huiusmodi classes deridentur ab hoste, & socij interim metu pereunt. Nā res tantas unus homo conficere non potest: polliceri, dicere, accusare alios potest. At hæc euerterunt rempub. Cum enim Imperator uester acie uictus sit, qui nihil secum ducebat præter miseros cōductitios, eosq; mercede fraudatos: & cum milites inde redierint, multa aduersus ducem mentientes: & cum uos de ducis capite ex fama iudicetis, quæ tandem salutis spes est? Sed his malis quomodo medebimur? ita demum, si de lectus ciuim habeatur, qui & ipsi militent, & testes & spectatores rerū sint, quæ duces gerunt, & domi postea de rebus gestis iudicent. Nam res nostras oportuit non ex fama cognoscere, sed præsentem spectare. Iam uero cum singuli duces toties hic de capite in iudicio periclitentur, nemo illorum uel semel periclitari ausus est in acie: maluntq; defungi plagiariorum & furum morte, quàm illa


illa honestiore. Facinoris præiudicio
 uita eripitur: Imperatorum est, in acie oc
 cūbere. Nos deinde erramus passim, &
 spargimus rumores nihili, Philippum
 ope Lacedæmoniorum Thebis excidi
 um minari, & Græcas ciuitates dissoci
 are: alij ferunt, legatos missos esse à Phi
 lippo ad Persas: alij, muniri urbes in Il
 lyrio: alij, alia nugantur. Ego de Philip
 po sic sentio, & iudico, ebrium esse ma
 gnitudine rerum gestarum, & apud ani
 mum somniare similia, cum uideat ne
 minem obsistere, atq; sic effertur succes
 su. Nec puto eum consilia talia capere,
 quæ stultissimis apud nos suboleant.
 nihil enim stultius illis rumorum auto
 ribus. Quin illud considerabimus, qui
 hostis iam sit, quod nostra nobis eripit,
 quod diu insultauit nobis: qd ubiq; dū
 simulabat se nostrum negotium agere,
 fefellit fidem suam. et nisi bellum infe
 rimus, demum cogemur fortasse arma
 capere. Et si hæc considerabimus, recte
 statuemus de repub. nec ipsi nobis blā
 diemur stultis concionibus. Nec enim
 uiden

uidendum est, quid sit euenturum alijs: hoc unum spectandum, uitium impendæ nobis, si non aduigilemus, & rectè geramus rempub. quæ & modo liberime dixi, ac simpliciter dixi, nihil dissimulans. Optarim autē, sicut scio quod uobis conducit, optima audire: ita idem profore dicenti, nam ita multo æquiore animo dixissem. Nunc cum uerear, ne qui se lædi à me putant, male me excipiant: tamen statui ea, quæ cōducant uobis. Postremo opto, ut uincat rei publicæ utilitas.

PHILIPPICAE PRIMAE

Demosthenis

Finis.



29 31726

(x 7706676)



MEMOS

NIS ORATIO

ANTHIAE TRES, ET PHINA, per Philippum Menem & Ioachimum Can latinitate donatae, & s, quae proluxi commen h uice esse possint, illustratae.

primum, partim quam antea & tiores, & scholijs instructio res, in lucem editae.

ASILEAE.